NOVVM TESTAMENTVM GRAECE

PERPETVA ADNOTATIONE ILLVSTRATVM

A

IOH. BENJAMIN KOPPE.

VOLVMEN IV.

COMPLECTENS

EPISTOLAM PAVLI AD ROMANOS.

EDITIONEM ALTERAM

NOVIS OBSERVATIONIBVS ET EXCVRSIBVS

AVCTAM

CVRAVIT

CHRISTOPHORVS FRIDERICVS AMMON.

Christoph Friedrich Ammon

GOTTINGAE

REDEMTORE HENRICO DIETERICH.

MDCCCVI.

LECTORI BENEVOLO

S. D. P.

CHRISTOPHORVS FRIDERICVS AMMON.

Quum per decem, quos Gottingae verſari mihi contigit, annos epiſtolarum diui Pauli interpretandarum viciſſitudo ſaepius ad me rediret, dolui identidem, auditores ad b. *Koppii* commentarium in epiſtolam ad Romanos, cuius exempla ad vnum omnia diſtracta erant, ceu ſitientes ad riuum exareſcentem ablegari. Regeſſit tamen ſemper redemtor, vir honeſtus literarumque promouendarum alias cupidiſſimus adoleſcentibus librum requirentibus, ſe in tanto commentariorum, vernaculo ſermone ſcriptorum, numero editionis nouae curandae periculum vix ac ne vix quidem ſubiturum eſſe. Poſtremum conſentiente inprimis *Heynio*, viro egregio et de me meisque ſtudiis immortaliter merito, non huius ſolummodo libri prelo iterum ſubiiciendi, ſed reliquorum etiam ſcriptorum N. T., quae ab eruditis *Koppiani* operis fautoribus nondum occupata eſſe nouerat, explicandorum curam in me detulit. Nolui detrectare laborem, cum propter muneris, in quo viro immortali, quanti-

 vis

vis longo ingenii et doctrinae interuallo seiunctus successeram, necessitudinem, tum etiam propter alias occupationes literarias, quibus viri eruditissimi, cuius in eosdem libros commentarius a quouis interprete docto dudum exspectatus est, lucubrationes procrastinari noueram. His fere argumentis ductus ad commentarium *Koppii* του μακαριτου in epistolam ad Romanos recognoscendum, ceu ad operis primitias, animum adpuli, de editionis nouae ratione inter insperatas muneris Gottingensis vicissitudines constituta cummaxime expositurus.

Beatus *Koppe*, quem literis sacris ipsique adeo humanitati morte praematura ereptum etiamnum lugemus, interpretis epistolae nostrae prouincia felicissime quidem, tamen eodem fere tempore defunctus erat, quo vitae academicae stadium emensus ad alias, easque varias et vero grauiores occupationes transiit. Eiusmodi itaque praesidia atque additamenta, quibus nouam epistolarum ad Galatas, Ephesios et Thessalonicenses εκδοσιν illustris *Tychsenii*, collegae breui ante coniunctissimi, studio locupletatam esse videmus, frustra a me circumspiciebantur. Haeseram tamen in repetitis de epistola nostra praelectionibus in locis bene multis, quae auctore ipso, dummodo rebus

human

humanis longius interfuiſſet, forte nunc haud repugnante, ſenſum alium, ſiue aliam potius interpretationem flagitare viderentur. In his diſceſſionem ſententiae noſtrae ab auctore breuiter indicare, obſeruationes autem longiores in diſſertationes, quas excurſus vocant, ſingulares coniicere operae pretium eſſe duxi, ita quidem, vt nouae adnotationes vncinis recti anguli *) includerentur, excurſibus noſtris non numeri, ſed literarum diſcrimine a *Koppianis* ſeiunctis. Etenim orationem interpretis contextam, cum in criticis obſeruationibus recenſioni *Bengelianae* ſubiectis, tum in exegeticis intactam ſeruari, ſi a paucis vocabulis vel formulis diſceſſeris, quae feſtinanti auctoris calamo exciderant **), ſummo ſtudio curaui. Videlicet hoc mihi iuris datum eſſe non putaui, vt textum *Bengelii* ab auctore ſemel receptum refingerem, notasque criticas e *Millii*, *Wetſtenii* et *Griesbachii*, viri egregii, collectionibus congeſtas reſcinderem nouisque acceſſionibus meas qualescunque coniecturas firmare et ſuffulcire conarer. Me enim

iudice

*) Noſtrae itaque obſeruationes hoc ſigno [ ] differunt a Koppianis, interdum ſingulis adhuc parentheſibus ( ) diſtinctis.

**) V. c. editionis primae pagina 48. *ὑπομενοντως* 49. *συμβησει* 71. *συνισταναι* ſenſu paſſiuo 164. *ενσταζων* 165. *inalienabilis* 168. pantherorum 171. *συν αλληλων* 355. vt — ſtatui debere cet. cet.

iudice tantum abeſt, vt criſis N. T. e variis lectionibus codicum iuniorum vndique congeſtis aliquid incrementi capiat, vt potius, vera aetate librorum ſacrorum ſemel conſtituta, diſpariles quas vocant recenſiones e communi, ſi fieri poterit, fonte deriuandas eſſe putem. De reliquis autem beati auctoris interpretamentis, interdum acumine ſuo et ipſa cogitationum mole laborantibus, lector cuiuis liberum eſſe debet iudicium, dummodo inficias haud eat, ea, qua vſus eſt ὁ νυν εν ἁγιοις explicationis grammaticae ſubtilitate viam munir ad ακριβειαν vere philoſophicam; qua ſola argumentum epiſtolae ad Romanos ingenio aeui noſtr attemperari poteſt.

Quod reliquum eſt, rogatos eſſe volo lectores, ſi hinc inde in operarum vitia inciderint, vt editorem cum locorum interuallo a domicilio redemtoris ſeiunctum, tum aliis occupationibus noui muneris diſtrictum venia ſua haud indignum cenſeant. In euangeliis enim, ſuo tempore, vbi coniectand de horum librorum origine feruor ſenſim deferbuerit, interpretandis iudicium ſeuerius poſt to virorum doctorum labores in vſus meos propric conſilio et delectu conuertendos, non recuſabo. D. Erlangae d. XII. Iunii MDCCCV.

CONSPECTVS EXCVRSVVM

AD

EPISTOLAM PAVLI AD ROMANOS.

Excur-

PRAEFATIO

EDITIONIS PRIMAE.

Volumen IVtum infcripfi hanc, quae nunc tandem prodit, Commentarii mei partem, quia, cum a pluribus Viris doctis optari viderem, vt librorum N. T. ordinem eum, quo in editionibus vulgatis deinceps leguntur, ipfe etiam non immutarem, totum opus, fi quidem illud a me pertexi Deo vifum fuerit, *VIII voluminibus* abfoluere, *primisque tribus* tum Euangeliftas (ad quos enarrandos nunc proxime accedam) tum Acta Apoftolorum comprehendere certo apud me conftitui. Caeterum in interpretando diligentiam et fubtilitatem eam, propter quam ingenii mei primitias arbitris meis et doctiffimis et aequiffimis probari laetus gratusque cognoui, nec in huius et difficillimae et grauiffimae Paulli epiftolae enarratione eos defideraturos effe fpero; vnde etiam, quod variis, tum valetudinis aduerfae, tum aliorum,

quibus

quibus ſubtrahere me non poteram, negotiorum curis impeditus, multo quam ipſe credideram atque adeo promiſeram, ſerius nunc demum eam in lucem prodire iuſſerim, facile condonaturos eſſe exſpecto et vt benigne id faciant, hisque ipſis ſtudiis meis porro faueant, enixe rogo rogoque. Scribeb. in Georgia Aug. d. IX. Maii MDCCLXXXIII.

I. B. Koppe.

PAVLLI

PAVLLI
EPISTOLA AD ROMANOS.

PROLEGOMENA.

Pauca ſunt, quae de eccleſiae Romanae originibus, quaque eo potiſſimum tempore, quo hanc Paullus epiſtolam ſcripſit, fruebatur conditione, tum ex epiſtola ipſa, tum aliunde collecta notari poſſunt. Primam eius tanquam ſtirpem, e Iudaeis collectam, eidemque alios, natalibus non Iudaeos, paullatim demum iunctos, et velut novos arbori ramos inſertos fuiſſe, ex vniuerſa vbique locorum religionem Chriſti per Iudaeos ad gentes demum transferendi ratione modoque certum eſt: quod idem Romae inprimis contingere eo facilius poterat, quo maior Iudaeorum in hac potiſſimum vrbe multitudo erat, quoque inſigniori, tum Caeſarum gratia, tum multorum de populo amicitia et familiaritate vtebantur *).

Quinam

*) Ioſephus A I. XVIII, 12. συμπαριστανto δε αυτοις των επι Ρωμης Ιουδαιων ὑπερ οκτακισχιλιους. Dio Caſſ. L. XXXVI, p. 37 B. και εστι και παρα τοις Ρωμαιοις το γενος τουτο (των Ιουδαιων) κολουθεν μεν πολλακις,. αυξηθεν δε επι πλειστον, ὡστε και παρρησιαν της νομισεως εκνικησαι. Philo leg. ad Caj. p. 568. ep. Mang. την περαν του Τιβερεως ποταμου μεγαλην της Ρωμης αποτομην, ἡν ουκ ηγνοει κατεχομενην και οικουμενην προς Ιουδαιων. Ρωμαιοι γαρ ησαν ὁι πλειους απελευθερωθεντες· αιχμαλωτοι γαρ αχθεντες εις Ιταλιαν, ὑπο των κτησαμενων ηλευθερωθησαν ουδεν των πατριων παραχαραξαι βιασθεντες. Ηπιστατο ουν, και προσευχας εχοντας και συνιοντας εις αυτας και μαλιστα ταις ἱεραις ἑβδομαις ὁτε δημοσιᾳ την πατριον παιδευονται Φιλοσοφιαν. — Αλλ' ὁ μεν ουτε εξωκισε της Ρωμης εκεινους, ουτε την Ρωμαικην αυτων αφειλετο

Quinam vero primi fuerint, per quos Chriſti religionis notitia ad hos Romae habitantes Iudaeos peruenerit, quorumque inſtitutione primum tradita iis vlteriusque propagata fuerit, certo non conſtat. Hoc ſcimus, inter eos, quibus primo et ſollenni illo Pentecoſtes feſto Apoſtolos Spiritu diuino afflatos videre et audire contigit, *Romanos* (Act. II, 10.) etiam fuiſſe; quorum ſi vel vnus alterque fuerit, qui rei miraculo correptus in apoſtolorum diſciplinam ſe traderet, nouaeque religionis ſacris baptiſmo ſuſcepto initiari ſe pateretur, per hos ipſos in Romana etiam vrbe, in quam reuertebantur, hanc ipſam religionem Iudaeis ibi habitantibus facile commendari potuiſſe apparet. Petrum quidem ipſum Romam veniſſe eccleſiaeque fundamenta ibi ieciſſe, narratio eſt apud Veteres, Irenaeum *) Euſebium **) alios, parum tamen illa probabilis, cum nec Lucas hunc Petri Romam diſceſſum commemoret, nec in Paulli epiſtola vllum huius Romanorum cum Petro conſuetudinis veſtigium appareat; praetereaque traditionis origo ex vano veterum Eccleſiarum *Apoſtolicae* originis laudem ſuſtinendi deſiderio intelligi et explicari facile poſſit.

Anno

αφειλετο πολιτειαν, οτι της Ιουδαικης εφροντιζεν, ουτε ενεωτερισεν εις τας προσευχας, ουτε εκωλυσε συναγεσθαι προς τας των νομων υφηγησεις, ουτε ηναντιωθη τοις απαρχομενοις.

*) Haereſ. III, 1. ὁ μεν δε Ματθαιος — γραφην εξηνεγκεν ευαγγελιου, του Πετρου και του αυτου εν Ρωμη ευαγγελιζομενων και θεμελιουντων την εκκλησιαν.

**) In Chronico p. 204. ad a. 2. Claudii. Πετρος — την εν Αντιοχεια πρωτην θεμελιωσας εκκλησιαν, εις Ρωμην απεισι, κηρυττων το ευαγγελιον.

Anno demum aerae vulgaris XLIIXvo, cum Claudii imperatoris edicto Iudaei Roma eiicerentur *), per *Aquilam* et *Prifcillam* (vid. ad XVI, 3.) cum iisque expulfos plures alios, *pars* faltem *Ecclefiae Romanae* in Paulli notitiam et cum eo confuetudinem venerat, quae quidem in dies eo coniunctior fieri debebat, quo partim diutius Aquilas cum Paullo tum Corinthi tum Ephefi commorabatur, partim plures Chriftiani in Macedonia, Achaja, Afia Paullo familiares facti, Romanis, ad quos proficifcebantur, infignia Apoftoli in religionem merita narrabant atque praedicabant. De rebus igitur Chriftianorum per hos difcipulos amicosque fuos certior factus Paullus, forte etiam ab iisdem ad fcribendas litteras, quibus glifcens inter nouos hos Chriftianos rixarum et diffidiorum ignis fupprimeretur, inuitatus, Ecclefiae, etfi non ab ipfo conditae, multis tamen de cauffis magna cum eo neceffitudine coniunctae, hanc noftram epiftolam fcripfit; ex qua quidem, quae de magnitudine, celebritate, forma atque inftitutione ecclefiae coniici quodammodo poffunt, fere haec fuerint.

Amplitudine quadam iam tum floruiffe ecclefiam Romanam, non quidem accurate colligi poffe putem *vel* ex coetuum, in quos diftincta fuiffe creditur,

*) Suetonius in Claud. c. 25. cauffam edicti addit hanc: quod Iudaei *impulfore Chrefto affidue tumultuati* fuerint: vnde *ipfos e Iudaeis Chriftianos*, fiue vero fiue per calumniam affictо iis rerum nouandarum ftudio proximam Caefaris mandato occafionem dediffe, non improbabile videtur. [Vide noftram in hunc *Suetonii* locum commentationem Gottingae 1803.]

ditur, multitudine (cum loca, quae huc pertinent XVI, 5. 14. 15. aliam interpretationem admittant), *vel* ex eius in reliquo terrarum orbe celebritate (quae paruo etiam coetui, ſi bene inſtitutus idem fuerit, contingere poterat), *vel* tandem ex doctorum eius, capite XVI. commemoratorum, multitudine (quorum plerique non doctores Romanae eccleſiae addicti, ſed ad tempus tantum ibi commorantes aduenae fuiſſe videntur, vid. ad Cap. XVI. et Exc. II.); res ipſa tamen non improbabilis videtur, ſiue ipſius vrbis amplitudinem Iudaeorumque in ea frequentiam ſpectes, ſiue inprimis rixarum et diſſidiorum, quibus iam tum corrumpi eccleſiam coepiſſe, ipſa epiſtola docet; quaeque in anguſtiores magisque latentes hominum circulos non facile irrepere ſolere, ipſa rei natura, conſtansque omnium temporum vſus declarant, rationem habeas. Quodſi vero numeroſior iam erat Chriſtianorum coetus, eundem etiam, vt in conventibus publicis ordine omnia procederent, ad ſynagogae Iudaicae exemplum formamque Presbyteris et Diaconis ſuis inſtructum fuiſſe, etſi vtriusque hominum generis epiſtola ipſa non meminerit, ſponte ſequitur.

Iudaeos maximam eccleſiae partem conſtituiſſe, ipſum epiſtolae argumentum, eiusque tractandi ratio hominibus Iudaicae religioni Iudaicisque libris ſacris adſuetis vnice apta et accommodata, declarant cf. II, 17. III, 1. 9. IV, 1. 12. V, 20. VII, 1. 9, 10. His vero Iudaeis *gentes* etiam admixtas fuiſſe, tum ex eodem epiſtolae argumento, quo gentibus Iudaeorum, Iudaeis gentium mutuus amor

et

et caritas commendatur; tum ex Cap. XIV, quo expreſſe Ethnicos alloquitur Apoſtolus, non minus luculenter apparet.

An denique in his fuerint etiam, qui ſingularibus miraculoſisque, quae vocant, ſpiritus ſancti donis inſtructi fuerint, dubitant interpretes nonnulli, tum, quod nemo Apoſtolorum, quorum miniſterio tantum talia obtingere Chriſtianis potuiſſe putantur, eo tempore inter Romanos adhuc vixerat, tum, quod Paullus ipſe I, 12. ſe *Spiritus ſancti Chriſtianis conferendi deſiderio* admodum flagrare teſtatur. Vtrumque parum accurate: cum neque hic Paulli locus de his donis miraculoſis, certe non de iisdem *ſolis*, multo minus de prima eorum inter Romanos largitione, intelligi debeat (vid. ad loc. ipſum) neque, vt quis his extraordinariis beneficiis ornaretur, Apoſtolorum miniſterio neceſſario opus fuiſſe vlla ratione idonea probari; neque tandem, inter Romanos homines ſaltem eos fuiſſe, qui extra Romam, vel Hieroſolymis a Petro ceterisque Apoſtolis, vel in itineribus ſuis a Paullo, quocum pluribus locis ad tempus conuerſandi opportunitatem ſaepius habebant, eadem accipere potuiſſe, vllo iure dubitari poſſit.

In partes duas commode epiſtola diuidi ſolet, *dogmaticam* alteram, alteram *paraeneticam*. Illa quidem primis XI. capitibus procurrens de *religionis I. C. natura* ita exponit, vt *quisquis eam amplectatur, ſiue Iudaeus ſiue Ethnicus fuerit, felicitatem ex ea ſibi profectam, et aliquando aeternum profecturam, nec ſuis ipſius, nec maiorum ſuorum, nec omnino gentis ſuae meritis vllis, ſed ſoli eidemque per Ieſum Chriſtum*

luculenta quadam ratione hominibus declaratae beneuolentiae et gratiae diuinae, cui fides habenda fit, acceptam referendam esse doceat. Quod vt *populari* quadam ratione efficeretur, exorditur orationem Apostolus describenda hominum, quales tum erant, gentium Iudaeorumque improbitate: illarum quidem I, 18-32. horum II, 1-24. rursusque (post alia quaedam, de circumcisionis caeterorumque gentis Iudaicae iurium et priuilegiorum, si vera pietas defuerit, vtilitate nulla v. 25- III, 8. interiecta) III, 9-20. cumque Iudaei potissimum essent, qui legibus suis Mosaicis, earumque tenaciori studio inprimis gloriarentur, hocque solo, Deo necessario probari si arbitrarentur, in horum conditione copiosius explicanda istarumque opinionum vanitate refutanda, nunc inprimis diutius commoratur. Ponit igitur hoc, cum religione veteri mosaica impietas humana, inter Iudaeos Ethnicosque prorsus eadem, tolli ideoque etiam a poenis diuinis immunitas restitui non potuerit, *nouam* in religione Iesu Christi propositam a Deo esse *viam atque rationem*, qua *exclusa omni proprii meriti vanitate*, a *sola promissis diuinis gratiosis praestita fide* immunitatis a poenis salutisque spem certam *omnibus, Iudaeis gentibusque*, vnice esse repetendam III, 9. 21-30. idque, vt Iudaeis probaret, nec cum ipsorum libris sacris pugnare ostenderet, prouocat Cap. IV. tum ad *loca V. T.*, tum inprimis ad *exemplum Abrahami*, in cuius historia id vtique ad illustrandam firmandamque hanc ipsam sententiam aptissimum videri debebat, quod δικαιωσις eius tum πιστει tribueretur, tum *eo tempore, quo nondum circumcisus*

cumcisus Abrahamus erat, ei contigisse diceretur. Effunditur deinde animus Apostoli Capite Vto in laudes huius, quae Iesu Christi religione proponitur, δικαιωσεως, v. 1-11. eandemque *soli* Iesu Christo, non νομω, non περιτομη, non vlli humano merito acceptam ferendam esse comparatione inprimis Adami cum Christo facta, docet v. 12-21. Ne vero ea, quae de *fide*, obsequio legibus Mosaicis praestando oppofita, hinc inde disputauerat, ita acciperentur: quasi vitam omnino legibus dissolutam effraenatamque permitti Christianis, inde sequeretur; pergit nunc multis modis declarare hoc, *etsi legum Mosaicarum iugo vtique exemti sunt Christiani homines, grauissima tamen alia in ipsa hac Iesu Christi religione exstare ad sancte colendam virtutem incitamenta;* VI-VII, 6. quod vero egibus Mosaicis cohiberi adhuc scelera et flagitia, nter Iudaeos etiam, non potuerint, eius rei causam, non in *legibus ipsis*, quae quidem *praeclarae* itque adeo *diuinae* fuerint, sed in *ipsa naturae humanae prauitate et ad malum procliuitate* esse quaerendam VII, 7-25. caeterum Christi religione nulto vtique insigniora et efficaciora virtutis excitandae confirmandaeque praesidia contineri, quibus inter atrocissima etiam, quibus vita haec premi olet, malorum genera ad recte beateque viuendum vti homo Christianus possit. Cap. VIII. Iam ero, cum his ipsis, quibus religionis Christi prae etere Mosaica praestantiam mirifice extulerat Apostolus, laudibus, facile in Iudaeo-Christianis ea suspicio excitari potuisset, vt humanum quid accisse Paullo, odioque et vlcifcendi, quae a Iudaeis

 quouis

quouis die ſibi inferebantur, iniurias cupiditate, in eos eorumque religionem vehementius, quam quidem fas erat, inſultaſſe, arbitrarentur, his tandem iniquis de ſe opinionibus ita occurrit, vt ſuum, quo in gentem Iudaicam etiamnum feratur, amorem et ſtudium, de miſera eorum, quam incredulitate ſua propriisque meritis gloriandi vanitate ſibi ipſi contrahunt, commiſerationem luctumque, ſpem denique de ipſorum etiam gentis futura aliquando ad Chriſtum conuerſione, certam et indubitatam ſerio teſtetur Capitibus IX^no^ X^mo^ XI^mo^, quorum ſingulorum argumentum planius vberiusque deſcriptum vide ad initium Capitis IX^ni^.

Parte altera paraenetica commendatur vniuerſa *vitae Chriſtianae pietas*, *modeſtia* inprimis, *in muneri gerendo fide*, in *aduerſariorum* denique *iniuriis ferendis lenitate* conſpicua Cap. XII. *magiſtratibus praeſtandum obſequium*, coniunctum illud cum *humanitate erga ſingulos homines*, *morumque pura caſtitat* Cap. XIII *mutua denique peritiorum et imperitorun Chriſtianorum inuicem caritas* et *in tolerandis mutuis infirmitatibus* patientia atque lenitas Cap. XIV. XV 13. Finitur Epiſtola variis de Apoſtolo ipſo nar rationibus XV, 33. et ſalutationibus Cap XVI^to^

En ſtrictim declaratam ſententiarum totius epi ſtolae ſummam; in quibus quidem ſententiis, tun inuicem connexis tum ſingulatim explicatis illuſtra tis confirmatisque caue inprimis, ne ſubtilitaten noſtris libris dogmaticis aut philoſophicis pro priam, iuſto deinceps ordine aptiſſimoque argu mentorum delectu ſingula tractantem, exſpectes quod qui faciunt, nec temporis, quo ſcripti ſur

libı

libri omnino facri noftri, nec fcriptoris ipfius ingenii, nec denique ftili inprimis epiftolaris, a quo quidem ifta orationis fubtilitas quam maxime eft aliena, rationem vllam habere videntur. Contra vero, quo quis eft familiaris orationis peritior, eiusdemque faepius memor, (cui quidem proprium effe folet hoc, vt *tum* in fententiis confirmandis argumentorum *popularitate* magis quam *fubtilitate* animos audientium flectat atque commoueat; *tum* in iisdem inuicem connectendis libero quodam et arbitrario, nunc folutiori nunc arctiori, ordine atque nexu, prouti animo in res magis quam rei tradendae modum intento fingula repente obuerfabantur, vtatur;) eo magis in hac etiam Paulli epiftola, vt in reliquis omnibus, pluribus grauiffimisque difficultatibus, quibus alias impediri plurium locorum interpretatio folet, facile exfolui fe poffe, deprehendet.

Quo tandem *tempore* et *loco* fcripta fit epiftola, ex pluribus locis coniectura non improbabili fic deducitur: Erat in eo Apoftolus, vt cum ftipe in Macedonia et Achaia pro Chriftianis Hierofolymitanis collecta Hierofolymam ipfam proficifceretur, commoratus tum, cum epiftolam fcriberet, in vrbe, in qua Caius habitabat Cap. XVI. 23. quem cum Corinthium fuiffe et ad Ecclefiam Corinthiacam pertinuiffe ex 1 Cor. I, 14. certum fit, *Corinthi* etiam, *eo* quidem *tempore*, quo *fecunda vice*, *Corinthum venerat Apoftolus*, (Act. XX. 3. 2 Cor. XIII. 1. 2.) (h. anno aerae vulgaris fecundum alios LII. fecunoum alias LIIX.) fcriptam epiftolam apparet.

[Reftat,

[Reſtat, vt pauca adiiciamus cum de αὐθεντίᾳ huius epiſtolae nuperrime in dubium vocata, tum de lingua primigenia, qua ob apoſtolo conſcripta eſſe dicitur. Fuere nimirum, qui apoſtolicam epiſtolae noſtrae originem his fere argumentis impugnarent:

1. perſeuerantia Chriſtianorum, qui Romae verſabantur, in noua religione pluribus locis ab apoſtolo ſummis laudibus extollitur v. c. I, 8. πίστις ὑμῶν καταγγέλλεται ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ XVI, 19. ἡ γὰρ ὑμῶν ὑπακοὴ εἰς πάντας ἀφίκετο. Teſtantur autem interpretes, haec ſcripta eſſe ante annum LVIII. Lucas contra refert, Iudaeorum proceres, circa annum LXII Romae in carcerem Pauli aduocatos, eum ne de nomine quidem cognitum habuiſſe, tantum abeſt, vt iis de auctore epiſtolae noſtrae Romanorum eccleſiae inſcriptae aliquid ſuboluiſſet Act. XXVIII, 17-22. Exinde colligitur, Paulum, qui diſerte profitetur, ſe a Iudaeorum moribus hucusque neutiquam receſſiſſe v. 12, perperam pro epiſtolae auctore haberi, quae Iudaeorum doctrinis atque moribus inde a capite ad calcem vsque quam maxime aduerſatur:
2. apoſtolus eo ipſo tempore, quo hanc epiſtolam conſignauit, Romam nondum viderat XV, 22-29. In iis tamen, quae ſequuntur, per coniunctionem δὲ (XVI, 1.) cum ſuperioribus arctiſſime connexis veſtigia adparent plurima, quae praeſentiam Pauli in vrbe Romana arguant. Salutat enim homines, quo-

rum

rum domesticam familiaritatem memoria recolit v. 3-15.; Aquilae mentionem iniicit et Priscillae v. 4.; quorum auxilio neque Corinthi, neque Ephesi, sed Romae adiutus ibique periculo praesenti ereptus erat; salute iterata impertit conuentus Christianorum singulos, praeter αὐτοπτας, nemini notos v. 5. 11. 15.; Mariae, Rufique matris adfectum et singulare sui studium commendat v. 6. et 13.; quid quod, aperte innuit v. 17., Romanis se ipsum euangelii doctrinam praeiuisse (vid. 2 Tim. III, 14.). Quae omnia abunde testantur, in epistola nostra neque temporis rationes, neque argumentum sibi constare, adeoque ipsam libelli nostri αὐθεντιαν dubiam esse atque incertam.

Dissimulari nequit, vtrique argumento inesse vim quandam, vel ab iis auctoribus nondum plane fractam atque labefactatam, quibus libros hac de re singulares debemus (v. c. *Paleyo* in *horis Paulinis* a S. V. *Henkio* nouis obseruatt. auctis Helmstadtii 1797). Habemus tamen, quae contra dicamus: *primum* enim in actibus apostolorum plura occurrunt, cum testimoniis Pauli, in epistolis ad Romanos, Galatas et Ephesios praesertim obuiis, aegerrime componenda. Liceat itaque, suam cuiuis scriptori auctoritatem tribuere: de Luca enim satis constat, eum, historicorum more, in referendis aliorum sermonibus suo interdum ingenio indulsisse. Neque in vniuersum improbabile est, epistolam nostram, quadriennio licet ante iter apostoli Romanum compositam, Iudaeorum, qui Romae versabantur, pri-

mores

mores latere potuiſſe. Ad *alteram* autem obiectio-nem iam reſpondit *Haenleinius*, V. S. V. mihique amiciſſimus, in ea, quae locum noſtrum tangit, parte introductionis in N. T. Cui ſi addere velis poſt *Semleri* commentationem a b. *Koppio* explora-tam diſſertationem S. V. *Pauli* de origine epiſtolae ad Romanos (Ienae 1801), concludes facile, to-tius epiſtolae integritatem e capitis decimi ſexti ad-pendice neutiquam ſuſpenſam eſſe. Quidni enim Paulus e primo carcere Romano redux Corinthi ſcripſerit literulas Phoebae commendaticias, quae primae apoſtoli epiſtolae adiectae poſt mortem au-ctoris demum in vnum cum ea corpuſculum coa-luiſſe ſtatuantur?

De *linguae* autem, qua Paulus Romanos primum compellauit, nuperrime ita pronuntiauit *Bolten*, vi doctiſſimus (neuteſt. Briefe, Altona 1800. Vorber §. 4 ſq.), vt apoſtolum linguae graecae imperitum literas ſuas Syriace, vel idiomate Aramaeo conſiga viſſe, deinde easdem Tertio, Timotheo vel Syl vano in graecum ſermonem conuertendas tradi diſſe iudicaret. Cui quidem ſententiae, hiſtorice ſaltem praeſidio deſtitutae, quum iam alio loco ar gumenta, ſperamus, idonea obieciſſemus (nov opuſc. theolog. Gotting. 1803. p. 67 ſq.), lectore eo ablegare licebit].

ΠΑΥ

ΠΑΥΛΟΥ ΤΟΥ ΑΠΟΣΤΟΛΟΥ

Η ΠΡΟΣ

ΡΩΜΑΙΟΥΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗ.

ΠΑΥΛΟΥ ΤΟΥ ΑΠΟΣΤΟΛΟΥ Η
ΠΡΟΣ ΡΩΜΑΙΟΥΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗ.

Παῦλος, δοῦλος Ἰησοῦ Χριστοῦ, κλητὸς ἀποστο- I.
λος,

Cap. I, v. 1. Παυλος. Cur hoc potissimum nomine, non Iudaico *Saulis*, vtatur Apostolus, causa eius rei in vulgari Iudaeorum consuetudine, qua inter Graecos Romanosque versantes, nominibus Iudaicis vel prorsus abstinere, vel saltem paululum ea immutare, et ad Graecae Romanaeque linguae analogiam accommodare solebant, videtur quaerenda. Exempla similia sunt: e priori genere *Hillel*, idem *Pollio*; *Iannaeus* - *Alexander*; *Onias* - *Menelaus*; *Ioannes* - *Hyrcanus*; *Ioakimus* - *Alcimus* al.; e posteriori *Iesus* - *Iason*; *Dosthai* - *Dositheus*; *Tarphon* - *Trypho*; *Silas* - *Siluanus*. cf. ad Act. 13, 9. [Potest tamen mutati nominis causa etiam in transitu ad nouam euangelii doctrinam quaeri. Conf. Matth. X, 2. XVI, 18., quae loca nostrae sententiae fauere videntur. Saltem Act. XIII, 9., adeoque paulo post, quam in apostolorum Societatem receptus esset (IX, 27, XI, 25.), primum *Pauli* nomine insignitus legitur.] Δουλος I. X. sensu eo, quo Prophetae V. T. עבדי יהוה appellare se solebant. cf. Iof. I, 1. Iud. 2, 8. Psal. 132, 10. Αποστολος cf. ad Gal. 1, 1. Κλητος - θεου iung. pro κλ. παρα του θεου, κ. αφ. εις ευαγ. αυτου *iussus a Deo fungi munere doctoris euangelii sui.* κλητος et αφωρισμενος sensu non differunt. cf. Gal. 1, 15. Hebraei enim, cum Deum *agere*, *constituere*, *iubere* aliquid dicunt, formula *vocandi* קרא perpetuo vtuntur. cf. Gen. 41, 1. Alibi omittitur etiam κλητος et simpliciter scribitur αποστολος, sensu ne minimum quidem mutato. Αφωρισμενος *qui prae aliis ad hanc dignitatem selectus fui, vt docerem* — — Hesych. εκλελεγμενος, διακεκριμμενος. cf. LXX. qui αφοριζειν interpretantur

2 λος, ἀφωρισμένος εἰς εὐαγγέλιον Θεοῦ, ὃ προ-
επηγγείλατο διὰ τῶν προφητῶν αὐτοῦ ἐν γραφαῖς
3 ἁγίαις, περὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, τοῦ γενομένου ἐκ
σπέρμα-

tum הבדיל (de populo Israelit.) Lev. 20, 26. tum הניף (de sacerdotibus) Num. 8, 11. Ad *pharisaeismum* apostoli hac voce respici Schoettgenius satis arbitrario opinabatur: [respicitur enim ad ipsam, quae apostolo contigerat, vocationem diuinam, qua a numine et Christo ad propagandam inter gentes exteras nouae religionis doctrinam delectus erat Act. XXVI, 17.] — *Εις ευαγγελ.* pro *εις το ευαγγελισασθαι την διδαχην, τον λογον θεου.* De voce *ευαγ.* vid. ad. Gal. I, 8.

2. cf. Act. 10, 43. 13, 32. Intellige *oracula per omne V. T. dispersa ea, quibus rex Davidica stirpe oriundus vindex seruatorque populi sui describitur.* Tantum igitur aberat, vt, quemadmodum Iudaei calumniabantur, Mosen et prophetas contemneret suaque auctoritate priuaret Apostolus, vt potius felicitatem, quam ipse tradere iussus erat, eandem in Prophetarum libris promissam et obscurius indicatam esse confiteretur. *Προφηται* non tantum ii, qui *κατ᾽ εξοχην* tales dicuntur *Iesaias, eiusque similes;* sed omnino *scriptores diuini V. T.* cf. ad Eph. Exc. 3. p. 395. — *γραφ. αγ.* s. *ιερα γραμματα.*

3. *Υιος θεου* nomen *Messiae* proprium, etsi significatione ipsa, inprimis ex seriore loquendi vsu, non synonymum *του χριστου.* De origine eius, varioque vario tempore significatu vid. ad Gal. Exc. 2. *του γενομενου - του ορισθεντος* pro *του μεν γενομ. του δε ορισθ.* Nempe, quum *υιον θεου* appellasset Iesum Apostolus, incidit in *humanae originis* memoriam: quam quidem non negat, cum eadem tamen illud etiam, quod sit *υιος θεου* conciliari posse statim monet his: *του ορ. υιου θεου* caett. *Γενομ. εκ σπερμ. Δ.* e *prosapia Dauidis oriundus.* [Ab hoc enim rege, Messianae dignitatis exemplo et prototypo, originem suam repetere Christum, apostolus diserte contendit IX, 5., communem Iudaeorum hac de re persuasionem secutus Ioh. I, 47. VII, 42-52., licet a Iesu ipso explosam Matth. XXII, 45. Substitit tamen in simplici mentione, Iesum stirpem ducere *εκ των πατερων, γενομενον εκ γυναικος* Gal. IV, 4., qua humani

σπέρματος Δαβὶδ, κατὰ σάρκα, τοῦ ὁρισθέντος 4
υἱοῦ Θεοῦ ἐν δυνάμει, κατὰ πνεῦμα ἁγιωσύνης, ἐξ
ἀναστά-

mani patris interuentus neque adfirmatur, neque secluditur.] Haec autem stirps Dauidica vtrum ex Mariae virginis, an Iosephi natalibus sit deducenda, docebitur ad Genealogiam Iesu Matth. 1, 1. Luc. 2, 5. γενόμενος *natus* Gal. 4, 4. γεννᾶσθαι et γενέσθαι nihil differunt. Σπέρμα hebr. זרע pro graeco, γένεα, γένος. vid. Tromm. — κατὰ σάρκα, semper apud Paullum *communem hominum conditionem* hac formula significari, explicauimus ad Gal. Exc. 9. De eadem vero, non, quod alii volunt, de *ignobili et humili vitae, quam inter homines Iesus egit, ratione* intelligi etiam hoc loco verba debere, apparet ex tota formula γενόμενος ἐκ σπέρματος Δ. Natales enim, quos e genere regio Dauidis ducere debebat Messias, ipsos, nihil profecto commune habuisse cum humili et ignobili vitae genere, per se clarum est. Heilmannus denique in Programm. super h. l. (vid. Opusc. T. II.) vertit *naturali nascendi lege*, vsu quidem loquendi id permittente, sed sententia ipsa, si de Iesu Christi natalibus sermo est, prorsus repugnante vid. Luc. 1, 35.

4. Τοῦ ὁρισθέντος i. q. τοῦ ποιηθέντος idque *populariter* (neque enim inest in hoc quaedam hebraici potissimum sermonis imitatio, sed vsus loquendi cuilibet sermoni familiari communis) interpretandum: *factus filius Dei per resurrectionem*, h. *declaratus per resurrectionem filius Dei*. cf. Act. 2, 22. sqq. Similiter *Syr. Chrysost.* δειχθέντος, ἀποφανθέντος, κριθέντος. cf. Hebr. 4, 7. Act. 17, 31. Ex quibus omnibus tamen non sequitur, ὁρίζειν per se esse posse *declarare* vel *demonstrare*, quod plures voluerunt; partim in etymologia argutantes (vid. Wolf.), partim ad loca nostri plane dissimilia prouocantes. vid. Elsner. S. V. Carpzov. Qui vero ad verbum vertunt: *Er ist bestimmt, gemacht zum Sohne Gottes*, indeque deducunt, Iesum antequam resurrexerit, non fuisse υἱὸν θεοῦ, sed per resurrectionem demum ad eam dignitatem euectum fuisse: (vide inter alios Heilmannum loc. cit.) ii quidem h. l. *verbis vim inferre* non sunt dicendi; pugnare tamen *sententiam ipsam* cum locis aliis Ap. maxime Hebr. 1, 1-14. diximus ad Gal. Exc. 2. Ἐν δυνάμει. ref. ad ὁρισθέντος, pro δυνατῶς hebr. בגבורה cf. Theod. Ier. 10, 6. Col. 1, 29.

Marc.

ἀναστάσεως νεκρῶν, Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν,

Marc. 9, 1. Πνευμα ἁγιωσυνης i. q. πνευμα ἁγιον discrimine inter vtrumque nullo h. e. πν. Θεου. Nempe ἁγιωσ. Hebr. הוד vel עז vel קדש maieſtatem diui- nam exprimit, noſtrum: *die Gottheit*. velut in formulis his: רוח־מקום־הה קדש cf. Pſ. 145, 5. 96, 6. 97, 12. conf. 1. Petri 4, 14. πν. της δοξης. Quid ſit πν. αγιον, πν. Θεου in N. T. explicatum vid. ad Gal. Exc. 5. Cui quidem πνευματι, vt *miracula* omnia, humana vi ſuperiora, ſimili- ter etiam αναστασις Ιησου εκ νεκρων h. l. tribuitur. Vtrum tamen vna eademque vis di- vina ſit *illa*, quae in Prophetis Apoſtolisque, et *haec*, quae in Ieſu ipſo eiusmodi miracu- la patrauerit; an vero in illis *ſpiritus*, quem κατ' εξοχην di- cimus *ſanctum*, in Ieſu vero *na- tura ipſa diuina*, ab iſto ſpi- ritu diuerſa, ſit intelligenda. ex hoc ſaltem loco effici vix poterit. Neque enim ex opp. κ. σαρκα quicquam conſequi- tur, niſi hoc: Θειον τι, in ho- mine vulgari non obuium, eo ſignificari; omnino vero om- nis iſta in docendo et diſtin- guendo ſubtilitas in inſtitutio- ne apoſtolica ne quidem ex- ſpectanda videtur. Caeterum, illud πν., qualecunque tandem fuerit, multo illuſtriori ratio- ne in Ieſu, quam in homine vllo, vim ſuam exſeruiſſe, col- ligitur partim ex his: δι' ανα- στασεως εκ νεκρων (nemo enim hominum vnquam vi quadam diuina, quae in ipſo fuit, e mortuis eſt reſuſcitatus cf. Ioh. 10, 18.) partim ex illis ὡρισθη κ. πν. ΥΙΟΣ ΘΕΟΥ ſenſu eo, quem ſupra conſti- tuimus. Cf. caeterum de opp. σαρκος et πν. in hoc locorum genere, 1 Petr. 3, 18. 1 Tim. 3. 16. add. Hebr. 9, 14. κατα πν. *quatenus* πν. *in eo erat*, δια του πν. του οντος εν αυτῳ. Sed maluit Ap. ſcribere κατα, quia praeceſſerat κατα σαρκα. Qui vertunt κατα πν. αγ. *ſe- cundum ea, quae ſpiritus ſan- ctus praedixerat*, absque ne- ceſſitate tollunt nexum pro- poſitionis vtriusque κατα σαρ- κα et κατα πν., quas apte in- vicem reſpondere, quis non videat? Alii aliter. vid. inter- pretes ipſos. Εξ αναστασ. νεκ. *vel* pro δι' αναστ. (vt εκ et δια ſaepe permutantur Luc. 16, 9. Rom. 1, 17. Gal. 2, 16.) *vel* pro εξ οὑ ανεστη εκ νεκ. *poſt reſurrectionem* 2 Petr. 2, 8. cf. ſimiles formulas Hebr. מימים, מבטן Pſ. 58, 4. vt Graec. εκ παιδων, αναστασις ν. pro εκ νεκ. omiſſum videtur εκ, ευφημιας cauſa, ne bis εκ repeteretur. cf. Act. 26, 23. ſimilis tamen genitiuorum conſtructio apud veteres ſcriptores ſaepius oc- currit.

ἡμῶν, δι' οὗ ἐλάβομεν χάριν καὶ ἀποστολὴν, εἰς 5
ὑπακοὴν πίστεως ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν, ὑπὲρ τοῦ
ὀνόματος αὐτοῦ, ἐν οἷς ἐστε καὶ ὑμεῖς, κλητοὶ 6
Ἰησοῦ Χριστοῦ· πᾶσι τοῖς οὖσιν ἐν Ῥώμῃ ἀγα- 7

πητοῖς

currit v. c. ψηφισμα Μεγαραιων pro ψ. κατα τους Μεγαρεους. — αναστaντες των βαρων pro εκ των β. Herodotus. Χριστου vid. ad Gal. 1. Κυριου ἡμων cf. ad 1 Th. 1, 1. [conf. excurs. A.]

5. Δι οὐ *cuius beneficio*. Ελαβομεν. *possunt omnes Apostoli Pauli similes* intelligi, potest vero etiam ad *Paulum solum* referri, qui de se ipso numero multitudinis scribere saepius solet cf. Epp. omnes add. 3. Ep. Ioh. v. 9. 12. 1 Ioh. 1, 4. χαρις *beneficium ipsum* Rom. 12, 3. 2 Cor. 1, 15. Αποστολη *Act. 1, 25. *munus apostolicum*. χαρις κ. απ. ἐν δια δυοιν pro χαρ. της αποστολης. Ipsi etiam *muneri apostolico exprimendo* proprium alias vocab. est. χαριτος Rom. 12. 3. 15, 15. 16. Gal. 2, 9. Eph. 3, 2. ad quem locum vid. not. Denique, cum aliis, χαρις etiam ad *conversionem* referri, et και *atque adeo* verti potest: *gratia diuina atque adeo ipsa muneris Ap. dignitas mihi contigit.* Εις ὑπακοην - εθνεσιν constructio breuitate paullo obscurior, pro ὡστε πειθειν ἡμας πασι τοις εθνεσι την ὑπακοην της πιστ. h. ἱνα ὑπακουωσι τῃ πιστει, πιστις vel *ipsa doctrina Ap. de Iesu Messia*, vel *fides ei praestanda*, quod praefero vid. 16, 26. cf. ad Gal. Exc. 8. ὑπακοη, *obsequium, obedientia* 5, 19. 6, 16. 15, 18. 16, 19. Vox ipsa perpetua apud Iudaeos *de legum Mosaicarum studio*; translata ab Ap. ad doctrinam Euangelii, addito voc. πιστεως cf. 10, 16. Act. 6, 7. 1 Petr. 1, 2. 2 Cor. 10, 5. Εν πασι τοις εθν. *gentibus quibusvis, siue Iudaeis siue Ethnicis.* Ὑπερ του ονομ. paullo durius ad ὑπακ. πιστ. referuntur, pro εις το ον. α. facilius, opinor, ad haec: χαρ. και απ. h. *sein Apostel-Amt, die Ehre* SEIN *Apostel zu seyn.* Το ονομα αυτου i. q. αὐτος hebr. שמו, vnde ὑπερ αυτου i. q. εις το κηρυσσειν αυτον. Act. 5, 41. 9, 16. 15, 26. 21, 13. [Me quidem iudice praeferendus est sensus ex hebraismo deriuatus: להשמיע האמונה בכל הגוים על שמו: εις το πειθειν παντα τα εθνη περι της πιστεως εις το ονομα αυτου Act. XXVI, 18.]

6. Κλητοι cf. ad Gal. 1, 6.

7. Αγαπητοι et κλητοι ἁγιοι mere synonyma cf. ad Eph. 1.

1.

πητοῖς Θεοῦ, κλητοῖς ἁγίοις· χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη
ἀπὸ Θεοῦ πατρὸς ἡμῶν καὶ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ.
8 Πρῶτον μὲν εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ μου διὰ Ἰησοῦ
Χριστοῦ ὑπὲρ πάντων ὑμῶν, ὅτι ἡ πίστις ὑμῶν
κατ-

1. 1 Th. 3, 13. 2 Theff. 1, 10. add. Hebr. 3, 1. Ἅγιοι Hebr. חסידים *Lieblinge.* Κλητοι ἁγιοι iunge; vt fupra κλητος Αποστολος, *zu feinen Lieblingen erkohren.* Τοις ουσιν εν ρ. αγαπ. iungenda, nec poft Ρωμῃ comma ponendum. Non enim *omnes Romanos*, fed, *qui Romae erant, Chriftianos omnes* alloquitur Ap. Χαρις ὑμιν. Graece χαιρειν. ευπρατ-τειν. vid. ad Gal. 1, 3. Και κυριου poteft vel ad ἡμων vel ad απο Θεου referri. Pofterius praefero, propter loca fimilia Gal. 1, 1. 2 Tim. 1, 2. Tit. 1, 4. Regnare caeterum in hac tota infcriptione et falutatione, tum infignem quandam fententiarum et fermonis vbertatem ac copiam, tum vehementiorem fenfum et affectum, quo beneficii diuini, munere apoftolico fibi demandato in fe collati, magnitudinem venerari folebat Ap. cuiuis apparet. [Neque filentio hoc praetermittendum eft, Paulum inter gentes, quarum ad nouam religionem conuertendarum prouincia fibi diuinitus obtigerat, etiam Romanos referre. Quare improbabile haud eft, apoftolum fiue Corinthi, fiue Ephefi cum Iudaeis vel profelytis Roma profugis primum euangelii elementa communicauiffe.]

8. Epiftolam, in qua multis modis reprehendere et grauiter admonere Chriftianos conftituerat Apoftolus, ne infefto erga ipfos animo id facere videatur, exorditur ftatim loco ad captandam lectorum beneuolentiam inprimis apto; laudans ipforum in religione conftantiam; fuumque erga ipfos ftudium, inprimis vero ardentiffimum, quo flagrabat, eos videndi, doctrinaeque fuae commoda iis impertiendi, defiderium teftans atque confirmans. Πρωτον *ante omnia* Matth. 6, 33. Rom. 3, 2. πρωτον ευχαριστω concife dictum pro πρωτον μεν θελω ειδεναι ὑμας, ὁτι ευχαριστω τῳ Θεῳ. Ευχαριστειν pro χαριν ειδεναι vid. ad. 2 Theff. 1, 3. Τῳ Θεῳ μου l. *cuius in me amorem experior l. quem ipfe veneror, cuius praeceptis ipfe pareo.* Δια Ιησ. X. fi ad ευχαρ. ref. i. q. alias εν ονοματι I. X. cf. ad Eph. 5, 20. malunt tamen alii referre ad τῳ Θεῳ μου pro τῳ δια I. X. *quem per* et

καταγγέλλεται ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ· μάρτυς γάρ 9
μου ἐστὶν ὁ Θεὸς, ᾧ λατρεύω ἐν τῷ πνεύματί μου
ἐν τῷ εὐαγγελίῳ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, ὡς ἀδιαλείπτως
μνείαν

et propter Christum vt Deum mihi propitium veneror. Ὑπερ pro ὑμων ενεκα. Ἡ πιστις ὑμων quod tanta sit vestra Christianorum et frequentia et in tenenda hac doctrina constantia. καταγγελλεται laudibus celebratur. εν ὁλῳ τῳ κοσμῳ populariter interpretandum, vt nostrum. Ueberall in der ganzen Welt. h. quocunque tandem locorum ad Christianos veniam, ipse audio vos laudari atque extolli. cf. 1. Thess. 1, 8. [Patet, πιστιν hic non de frequentia Christianorum, sed de persuasionis singulorum firmitate et constantia adhiberi Act. XXVI, 18. 1. Cor. XIII, 13., cuius fama per terrarum orbem percrebescens cum alio loco Act. XXVIII, 21 s. vix conspirare videtur. Accidere tamen solet interdum, vt ea domesticos lateant, quae exteris atque hospitibus palam in ore versantur.]

9. 10. Γαρ noli referre ad μεν versu octauo, quasi positum esset pro δε; sed seruata significatione vulgari apte satis cohaeret versus hic proxime superiori in hunc modum: *esse vos bonos Christianos laetor et gratias ago Deo, quotiescunque in vestri memoriam redeo; semper enim et assidue me redire solere per Deum testor.* Μαρτυς Θεος חַי־יְהוָה, formula vehementius asseuerandi et iurandi. Ὡι λατρευω - εν τῳ ευαγγελιῳ idem esse putant quod versu 5. δι οὑ ελαβον αποστολην ὑπερ του ονοματος αυτου. *Cuius de filio suo doctrinae inter homines propagandae equidem opera mea inseruio;* vt adeo λατρευειν h. l. ad *munus Apostoli* sit referendum. Prouocant hi ad δουλευειν τῳ Θεῳ Act. 20, 19. Nunquam tamen quantum memini, λατρευειν τῳ Θεῳ hoc sensu in N. T. dicitur, semper vero sensu *pietatis et cultus diuini.* cf. Matth. 4, 10. Act. 7, 7. 42. 24, 14. 26, 23. Hebr. 9, 14. Rom. 1, 25. 2 Tim. 1, 3. inprimisque locus nostri simillimus Phil. 3, 3. tum sententia haec euincitur: *quem toto animo meo veneror.* εν τῳ πνευματι μου i. q. εκ ψυχης Eph. 6, 6. εν καθαρᾳ συνειδησει 2 Tim. 1, 3. εν Hebr. ב redundat. Ευαγγελιον του υἱου *doctrina* vel *ab ipso accepta* vel *agens de eo*, pro ευαγγ. περι του υἱου. Εν τῳ ευαγγελιῳ vel pro κατα το ευαγγ. *secundum doctrinae I. Chr. praecepta* vel δια του ευαγγ. *vi promisso-*

10 μνείαν ὑμῶν ποιοῦμαι — πάντοτε ἐπὶ τῶν προσ-
ευχῶν μου, δεόμενος, εἴπως ἤδη ποτὲ εὐοδωθήσο-
μαι ἐν τῷ θελήματι τοῦ Θεοῦ, ἐλθεῖν πρὸς
11 ὑμᾶς· ἐπιποθῶ γὰρ ἰδεῖν ὑμᾶς, ἵνα τι μεταδῶ
χάρισμα ὑμῖν πνευματικὸν, εἰς τὸ στηριχθῆναι
ὑμᾶς,

miſſorum diuinorum, quae continet doctrina Ieſu Chriſti. Hoc praefero. Conuenit ſuperioribus: ευχ. θεω δια Ιησου Χριστου. Ος - προσευχων μου iunximus vulgari interpunctione ſublata cf. 1 Theſſ. 1, 2. 3. 2 Tim. 1, 3. Neque enim, quod vulgaris interpretatio poſtulat, μνειαν ποιεισθαι τινος et μεμνησθαι τινος pro ſynominis haberi poſſunt. Ειπως *ſi forte* pro ἵνα dubitanter ſcriptum. Ηδη ποτε *tandem aliquando* vid. Kypke. Ευοδουν *via recta ducere aliquem* Gen. 24, 48. LXX. et ευοδουσθαι *via recta incedere, proſpero itinere vti.* Transfertur vero mox vtrumque ad *quemuis ſucceſſum proſperum* ſignificandum. cf. de activo ευοδουν 2 Macc. 10, 7. de paſſivo, cui reſpondet hebr. הצלח LXX. Pſ. 1, 3. add. 3. Ioh. 2. Teſtam. XII. Patriarch. p. 684. εαν τις υπερ υμας ευοδουται, μη λυπεισθε, αλλα και ευχεσθε υπερ αυτου, ἵνα πλειω ευοδουται. Verte igitur ειπως ευοδωθησομαι *vt volente Deo, tandem aliquando mihi contingat adeo eſſe felici.* εν τῳ θεληματι θεου pro κατα το θελ. hebr. ברצון יהוה.

11. 12. Ιδειν ὑμας *vos coram cognoſcere.* χαρισμα πνευμ. *quoduis beneficium, quod Chriſtiano homini contingit,* non tantum ex genere, quod dicitur miraculoſo; ſed etiam ex altero magis vulgari, pluribusque Chriſtianis communi. conf. ad Gal. exc. 5. itemque Rom. 5, 15. 15, 27. 1 Cor. 9, 11. et inprimis 1 Cor. 12. Dicitur πνευματικον, θειον, quia, quicquid praeclarum et inſigne eſt in homine Chriſtiano, id πν. ἁγιῳ conſtanter tribuitur. cf. ad Gal. Exc. 5. Vnde ſequitur, male ex hoc loco effici: inter Romanos defuiſſe dona miraculoſa: quaſi, vt haec iis contingerent, opus fuiſſet ipſo ad eos Apoſtoli acceſſu. cf. prolegom. et ad Eph. Exc. 3. p. 408. Accedit, verba, quae ſequuntur, ſatis declarare, intelligi voluiſſe Apoſtolum χαρισματα eiusmodi, *quibus firmari et mutuis ſolatiis erigi poſſint* Apoſtolus et Chriſtiani, h. ſine dubio ea, quae *inſtituendo, cohortando, conſolando,* non potiſſimum *miraculis patrandis,* (etſi haec etiam plane excludenda non putamus,) continebantur. Εις

το

ὑμᾶς, τοῦτο δέ ἐστι, συμπαρακληθῆναι ἐν ὑμῖν 12
διὰ τῆς ἐν ἀλλήλοις πίστεως ὑμῶν τε καὶ ἐμοῦ·
οὐ θέλω δὲ ὑμᾶς ἀγνοεῖν, ἀδελφοὶ, ὅτι πολλάκις 13
προεθέμην ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς, καὶ ἐκωλύθην ἄχρι
τοῦ δεῦρο, ἵνα τινά καρπὸν σχῶ καὶ ἐν ὑμῖν, καθ-
ὡς

το στηριχθηναι. vt confirmemini *In religione* Hebr. 13, 9. Quae sequuntur τουτο δε εστι caett. emolliunt quodammodo et mitigant superiora, ne forte superbius contemni se ab Apostolo Romani suspicarentur. *Neque vero vestro tantum commodo, sed mea ipsius causa, ad meae ipsius fidei incrementum conuenire vos, apud me constitui.* Τουτο δε εστι i. q. μαλλον δε Gal. 4, 9. Συμπαρακλ. nempe ὑμας και εμαυτον. παρακαλεισθαι dicuntur homines *quauis oratione, vnde commodum capere possunt*, siue illa *institutione*, siue *cohortatione*, siue *solatiis*, siue denique *reprehensione* contineatur. cf. 1 Theff. 5, 11-14. Hebr. 13, 22. vnde synonymum του στηριχθηναι cf. 1 Theff. 3, 2. Possis tamen h. l. magis etiam definite vertere sic: *vt mutuo solamine inuicem nos erigamus atque firmemus.* cf. Act. 28, 14. 2 Cor. 7, 7. Ἡ εν αλληλ. π. pro ἡ αλληλων πιστις cf. quae sequuntur. ὑμων και εμου. [*Vt mutuo amore, solamine, institutione et propinqui aduentus Christi fiducia erigamur et refocillemur*: VIII, 27 f. Talis enim erat apostoli aeui conditio atque indoles, vt qui diuina auctoritate alios erudirent, eiusdem spiritus diuini beneficia vel ex ore aliorum in se redundare paterentur 1 Theff. IV, 9. 1 Ioh. II, 20 f.]

13. Augentur superiora: *non optaui tantum, sed saepe adeo firmiter iam apud me constitueram ad vos venire, semper vero inciderunt alia, quae me impedirent.* Ad quaenam tempora haec sint referenda, non constat; probabile tamen est, quum per Priscillam et Aquilam, qui Roma eiecti Corinthum venerant, de rebus ecclesiae Romanae certior factus esset Apostolus, ex eo inprimis tempore ipsos conveniendi desiderium animum eius occupasse. conf. Act. 19, 21. Ου θελω δε ὑμας αγνοειν *scitote vero*, ουκ αγνοητεον. Αδελφοι h. ω βελτιστοι ο *mei carissimi*. Και-αχρι του δευρο sc. χρονου cf. 15, 22. similia loca e scriptt. prof. collecta vide apud Wetst. και *et tamen, enim vero* Hebr. 3. Ἱνα καρπον τινα σχω εν

14 ὡς καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς ἔθνεσιν· Ἕλλησί τε καὶ

ἐν ὑμῖν *vt ex vestra etiam fide atque virtute ipse proficerem*: ἔχειν καρπὸν, *consequi, percipere fructum* conf. 6, 21. add. formulas similes 5, 2. Matth. 19, 16. Alii ἔχειν pro παρέχειν *offerre, exhibere*, contra vsum loquendi. Exemplum saltem a Kypkio in eam sententiam allatum Euripid. Herc. Fur. 732. ἔχει ἡδονὰς θνήσκων ἀνὴρ ἐχθρὸς est e genere longe alio. Καρπὸς pro *commodo, vtilitate* in omnibus linguis frequens. Ἐν τοῖς λοιποῖς ἔθνεσι, quibus ab Hierosolymis ad Illyricum vsque tradita fuerat per Apostolum doctrina Christi. vid. 15, 19.

14. *Multis enim diuersissimisque hominum generibus ipse quam plurimum gaudii et solaminis debeo*; dum nimirum contigit mihi esse testi et spectatori ipsorum fidei. Optime Lutherus: *Ich bin ein Schuldner, beyde der Griechen und Ungriechen.* Postulant, nisi fallor, hanc loci sententiam tum grammatica ipsa (semper enim est ὀφειλέτης εἰμί TINI, *debeo alteri aliquid h. bene meritus est alter de me.* cf. 8, 12. add. 15, 27.) tum nexus cum superioribus v. 13. Vulgaris contra, eaque, quantum scio, ad vnum omnibus interpretibus communis ratio, qua ὀφειλέτης εἰμὶ exponitur sic: *meum est ipsos docere*, necessario requireret infinitiuum verbi cf. Gal. 5, 3. Βάρβαροι non est ex nostri sermonis vsu, quo *ferociam et ruditatem gentis* indicat, diiudicandum vocabulum, quum sit apud veteres commune omnibus gentibus *non-Graecis*, etiamsi *cultissimis*; vt Hebr. עם לעז commune omnibus *non-Hebraeis*. Loca e scriptorr. prof. vid. apud Wetst. et Kypk. add. Festum: *Barbari dicebantur antiquitus omnes populi exceptis Graecis*: et Ammonium: βάρβαρον τὸ οὐχ ἑλληνικόν. Praeterea ipsos etiam Iudaeos hunc vsum loquendi suum fecisse testantur plura loca Philonis, in his vnus inprimis de Vita Mos. p. 658. a. quo Iudaei ipsi hoc *barbarorum* nomine comprehenduntur. Δεινὸν ἡγησάμενοι τινὲς, εἰ οἱ νόμοι παρὰ τῷ ἡμίσει τμήματι τοῦ ἀνθρώπων γένους ἐξετασθήσονται μόνῳ τῷ βαρβαρικῷ, τὸ δὲ Ἑλληνικὸν εἰς ἅπαν ἀμοιρήσει πρὸς ἑρμηνείαν τὴν τούτων ἐτράποντο plur. vid. apud Loesner similiaque e Iosepho apud Krebs. VV. CC. ad hunc locum. Add. ex N. T. Act. 28, 2. 4. et 1 Cor. 14, 11. quo loco simpliciter est βάρβαρος, *peregrina lingua loquens*. Iam quae-

καὶ Βαρβάροις, σοφοῖς τε καὶ ἀνοήτοις ὀφειλέτης εἰμί-

quaerunt interpretes, vtro nomine h. l. comprehendantur ab Apostolo Romani, Ἕλλησι an βαρβάροις? Krebsius et Loesnerus pugnant pro sententia posteriore; neque vero scriptores etiam profanos de Romanis ita nonnunquam loqui solere, est diffitendum (vid. vtrumque). Quisquis enim non graece loquebatur, erat *Barbarus*. Attamen ad h. l. vereor vt ista transferri possint; *tum* quod Romano-Christiani, quibuscum Ap. agebat, graece intelligebant, et loquebantur, ideoque ratio nominis in his nulla erat; *tum*, quod in sq. σοφοῖς καὶ ἀνοήτοις, quae aperte respondent istis: Ἕλλησι καὶ βαρβάροις, sub ἀνοήτοις *Romanos* intelligendos esse, satis improbabile videtur; *tum* denique, quod v. 16. haud dubie voce Ἑλλήνων *Romani* etiam comprehenduntur. Vicissim tamen neque hoc dixerim: quum Ἕλλησι scriberet Ap. eum distincte de *Romanis* cogitauisse; imo vero vsus videtur formula loquendi, qua isto tempore *omnium terrae gentium ambitus* comprehendi solebat: ἕλληνες βάρβαροι, eo consilio, vt vniuersam sententiam hanc exprimeret: *de diversissimis lingua, cultu, religione, gentibus bene merendi occasio mihi non defuit* σοφοὶ καὶ ἀνόητοι non ad *singulos homines*; sed, vt superiora, ad *populos* retulerim. *Cultos, incultos*. Illud ad Ἕλληνας hoc ad βαρβάρους. Hesych. Ἕλληνες φρόνιμοι, βάρβαροι. ἀπαίδευτοι. Nota etiam inter Iudaeos חכמת יונית. ὀφειλέτης Suid. et Hesych. χρεώστης. [Voc. Ἕλλησι hic non religionis, vt v. 16., sed populi significatum obtinere, docet sequens βαρβάροις, quod ad Melitenses Act. XXVIII, 1. Illyrios, ceterasque gentes, quarum institutioni vacaturus erat apostolus, commode referri potest. Prius itaque vocabul. non ad Romanos, sed ad Ephesios, Corinthios, ceterosque Asiae minoris atque Graeciae populos, qui Graeca lingua vtebantur, referendum erit. Ne tamen hac disiunctione Romanos praeteriisse videatur apostolus, adiicit alteram propositionem, σοφοῖς καὶ ἀνοήτοις, *cultis* et *incultis*, quod non de singulorum, sed de nationum discrimine recte explicuit b. *Koppe*. Post ὀφειλέτης εἰμὶ autem procul dubio supplendum erit τοῦ εὐαγγελίου h. e. πᾶσιν ὀφείλω τὴν τοῦ εὐαγγελίου διδαχήν: *adstrictus sum omnibus* per euangelii docendi prouinciam, mihi iniunctam Act. XXVI, 16-18. su-

pra

15 εἰμί· οὕτω τὸ κατ' ἐμὲ πρόθυμον καὶ ὑμῖν τοῖς
16 ἐν Ῥώμῃ εὐαγγελίσασθαι. Οὐ γὰρ ἐπαισχύνομαι τό εὐαγγέλιον = τοῦ Χριστοῦ· δύναμις γὰρ Θεοῦ ἐστιν εἰς σωτηρίαν παντὶ τῷ πιστεύοντι, Ἰουδαίῳ

VARIAE LECTIONES.

16. του χριστου omittunt. A. C. D. a. pr. m. E. 17. 67. ex emend. *Syr. vtr. Erp. Copt. Arm.* (αυτου *Aeth.*) *Vulg. clar. germ. harl. Orig. gr. et Orig. int. Euſeb. Chryſ. Baſil. Cyrill. Damaſc. Photius. Procop. Idacius. Hilar. pict. Ambroſiaſt. Arnob. Tert. Aug. Vigil. Hier.* probb. *Millio Bengel.* S. V. *Griesbach.* Sunt auctoritates enumeratae ex recenſione vtraque antiquiſſima, *Alexandrina* et *Occidentali.*

pra I, 5. Hunc ſenſum iam Syrus praeiuerat vertendo: ܕܠܟܠܢܫ ܚܝܒ ܐܢܐ ܕܐܟܪܙ *cuiuis teneor praedicare.*]

15. Ὀυτω part. transeundi, *ſimiliter.* Το κατ' εμε προθυμον. Prout locum interpungas, ita varie ſenſus conſtitui poteſt. Si poſt ουτω et εμε comma ponas, ſententia haec: *Itaque, quantum quidem in me eſt, vehementer cupio vos videre,* (Deeſt tamen ſic pronomen μου l. μοι poſt προθυμον). Si vero vno tenore omnia procedunt, το κ. ε. προθ. accipiendum pro το προθυμον μου *itaque ſemper equidem deſideraui.* cf. notiſſimum illud: τα κατα Ματθαιον ευαγγ. Thucyd. I, p. 31. τα κατα Παυσανιαν pro τα του Παυσανιου Act. 27, 2. τους κατα την Ασιαν τοπους. Το κ. ε. προθυμον ſc. εστι h. προθυμος ειμι, προθυμιαν εχω cf. 3 Macc. 5, 26. de vſu aliorum ſcriptorr. in προθυμον pro προθυμια vid. Kypke.

16. 17. Sententia, vt videtur, *vrbis Romanae* memoria (τοις εν Ρωμῃ) in Ap. animo excitata: *Ne Romae quidem,* h. in ciuitate ea, in qua cum ſummo litterarum cultu tam effrenatam morum licentiam regnare Ap. nouerat, vt ſe cum ſua de Ieſu crucifixo, hominum ſeruatore, doctrina deriſum et contemtum iri facile praeuideret, ne in hac quidem ciuitate praedicare illam doctrinam detrectabat. cf. 2 Tim. 1, 8. 12. Per hanc ipſam vero ſententiam, ſenſim, et tanquam aliud agendo, in rem ſummam, quam tractare conſtituerat, deſcendit Ap. vt efficiat: *tantum per Ieſum Chr. homines immunes fieri poſſe a poenis iis diuinis, quas omnes,*

Ἰουδαίῳ τε πρῶτον καὶ Ἕλληνι. δικαιοσύνη γὰρ 17
Θεοῦ ἐν αὐτῷ ἀποκαλύπτεται ἐκ πίστεως εἰς
πίστιν

nes, *Iudaei gentesque, sua ipsorum culpa, sibi contraxerint.* Ουκ επαισχυνομαι, per μειωσιν dicta: non tantum *non pudebat Apostolum euangelii;* sed *summo* adeo *honori sibi ducebat, nosse et praedicare illud.* cf. 15, 17. Phil. 3, 8. 2 Cor. 4, 2. Gal. 6, 14. dicendi genus simile vid. Hebr. 2, 11. 2 Tim. 1, 8. Του Χριστου (si vera lectio est vid. v. l.) interpretare περι του χρ. Δυναμις θεου εστιν pro διδαχη θεια δυναμενη σωζειν. cf. 1 Cor. 1, 24. coll. 18. 2 Cor. 4, 7. 10, 4. σωτηρια ישועה omnem *felicitatem* exprimit, quam oraculis V. T. promissam in regno Messiae Iudaei expectabant cf. ad 2 Thess. 2, 10. Τω πιστευοντι sc. τω ευαγγελιω. Ιουδαιω - Ἑλληνι caute scripta, ne vel Iudaeo-vel Ethnico-Christianos, quibus vtrisque constitisse ecclesiam Romanam ex tota epistola apparet, (v. prol.) offenderet. Ιουδαιω πρωτον ex praecepto Chr. Matth. 10, 5. cf. Act. 3, 26. 13, 26. 46. Ιουδαιοι. nomen illud, quo post exilium Babylonicum *Israëlitae omnes* appellabantur. Vid. Ioseph. Antiqu. 2, 5. εκληθησαν το ονομα (Ιουδαιων) εξ ης ημερας ανεβησαν εκ Βαβυλωνος απο της Ιουδα φυλης, ης πρωτης ελθουσης εις εκεινους τους τοπους, αυτοι τε και ἡ χωρα της προσηγοριας μετελαβοντο. Ἑλληνες si Iudaeis opponuntur, *gentiles* omnino sunt intelligendi, inter quos *Graeci* sapientiae laude erant primarii. cf. 2, 9. 10. 3, 9. 1 Cor. 1, 24. alibi. Δικαιοσυνη צדקה *immunitas a peccatorum poenis, cum eaque coniunctus praemiorum diuinorum sensus.* cf. ad Gal. Exc. 4, et totam hanc epistolam. Εν αυτω sc. τω ευαγγελιω. Αποκαλυπτεσθαι נגלה proprie dicuntur, *quae vi diuina praeternaturali hominibus innotescunt* cf. Ies. 56, 1. 62, 1. Εκ πιστεως εις πιστιν non referendum ad αποκαλυπτεται, sed ad δικαιοσ. nec vertendum: *vom Glauben zu Glauben*, sed εκ π. pro δια πιστεως et εις πιστιν pro επι πιστει accipiendum, supplendumque δοθεισα. in omni formula vero continere existimandum popularem loquendi modum, quo solemus repetere ea, in quibus insignem quandam vim inesse significare volumus. cf. non quidem formulas eas, ad quas vulgo prouocari solet: מעולם עד עולם l. מחיל אל חיל Ps. 84, 8. מרעה על רעה Ier. 9, 2. απο δοξης εις δοξαν. 2 Cor. 3, 18. (sunt enim haec quodammo-

do

πίστιν, καθὼς γέγραπται. „Ὁ δὲ δίκαιος ἐκ πίστεως ζήσεται.„

Ἀποκα-

do diſſimilia) ſed Rom. 6, 19. 2 Cor. 2, 16. Ioh. 1, 16. quibus locis, tantum propter affectum quendam orationis, idem vocabulum variis particulis iunctum repetitur. Idem hoc loco fecit Apoſtolus, vt ſtatim in initio disputationis, in qua fidem commendare conſtituerat, poneret hoc: *nulli alii rei, niſi fidei* (*dem Glauben, dem Glauben allein*) eſſe tribuendam felicitatem a Deo hominibus conſtitutam. cf. inprimis locum verbis ſententiisque ſimillimum Phil. 3, 9. Alii εις πιστιν pro εις τους πιστευοντας poſitum dicunt, vt περιτομη pro περιτμηθεντες. de hoc nemo dubitat: pro iſto vſu loquendi exemplum *certum* deſidero. Neque enim, ſi accurate rationes ſubducere velis, ad 3, 22. prouocari poteſt, cum eo loco ſententia quidem ſit noſtri loci ſententiae plane ſimilis, ex hac vero *ſenſus* ſimilitudine ad *verborum* etiam εις πιστιν et εις τους πιστευοντας *ſignificationem eandem* concludi, nihil cum ratione poſſe videatur. Laudibus iisdem extollere ſolet πιστιν Philo. locus inſignis eſt de Abrahamo p. 387. A. μονον ουν αψευδες και βεβαιον αγαθον πιστις, η προς τον Θεον πιστις, παρηγορημα βιου, πληρωμα χρηστων ελπιδων - κακοδαιμονιας απογνωσις, ευσεβειας γνωσις, ευδαιμονιας κληρος. Apoſtolus vero, vt de his fidei virtutibus eo magis perſuadeat lectoribus, confirmat easdem, in gratiam Iudaeorum; qui ex V. T. vnice pendebant, loco, qui ex vulgari ſaltem, iſto et ſeriori tempore, Iudaicorum doctorum interpretatione idem declarare videbatur Hab. 2. 4. cf. ad Gal. 3. 11. ſimilem eiusdem loc. interpretationem vid. in Schemoth R. 23. Cant. 4, 8. *Dicent Iſraëlitae tempore futuro canticum. Sed cujus merito? Merito Abrahami, quia fidem habuit Deo. Gen. 15. Haec eſt fides per quam Iſrael felicitate ſua potitur, de qua Script. dicit Hab. 2.* Ὁ δικαιος - ζησεται. ſenſus in hoc ſaltem contextu, quo δικαιοσυνη Θεου modo praeceſſerat, ita conſtituendus videtur: η πιστις κατεργαζεται δικαιοσυνην και ζωην. *Nur der Glaube ſchafft Gnade und Heil bey Gott.* Sententiam eandem ipſis Ap. verbis expreſſam vid. Rom. 4, 6. [Δικαιοσυνη Θεου non tam de *immunitate* a poenis, quam de *modo* et *ratione* explicandum eſſe videtur, quibus venia et adſenſus dei impetrari queat.

Ἀποκαλύπτεται γὰρ ὀργὴ Θεοῦ ἀπ' οὐρανοῦ 18
ἐπὶ

queat. Videlicet respondet formula hebraico ארקת יי, et e loco Ierem. XXIII, 6. יהוה ארקנו deriuata ὁδον της δικαιωσεως παρα τω θεω complectitur, quemadmodum σωτηριον του θεου Act. XXVIII, 28. διδαχην και τροπον της σωτηριας continet. Quapropter vertendum est: *per hoc enim euangelium via pandi- tur ad salutem a Deo obtinendam*, εκ πιστεως εις πιστιν, *ita vt credentes noua in dies fiducia beemur* Rom. V, 1. Scilicet opposita est hominis Christiani conditio, qui fide in Deum beatus noua idemtidem spei et amoris incrementa capit, Iudaeorum timori atque pusillo animo VIII, 15 sq.]

18 Series cogitatorum haec: *tantum τῃ πιστει debere nos omnes immunitatem a poenis, quas promeriti sumus*, professus fuerat Ap. v. 17. Vt autem vere nobis metuendas fuisse poenas diuinas declaret, pergit nunc v. 18. sq. hominum impietatem vitamque facinoribus turpissimis inquinatam ita describere, vt *primum* quidem, *ethnicorum flagitia enumerando*, lectores Iudaeos, Apostolum non nisi de gentibus, religione vera destitutis, Deoque ex ipsorum opinione infestis, locuturum esse existimantes, atque adeo gravi illo gentilium ελεγχω delectantes, ad audiendum faciles sibi reddat v. 18-32. *deinde* vero, paulatim in viam aliam deflectens, ostendat: *ipsos etiam Iudaeos, etsi grauissime contra Ethnicos sententiam pronunciare solitos, nulla ratione istorum dissimiles, iisdem scelerum generibus omni tempore inquinari se passos esse*. 2, 1. sq. Γαρ non pro δε positum arbitror. Neque enim referri id necesse est ad γαρ v. 17. Iungit potius γαρ versum hunc cum istis αποκ. δικ. ΕΚ ΠΙΣΤΕΩΣ ΕΙΣ ΠΙΣΤΙΝ, vel etiam, quod eodem redit, cum his: ὁ δε δικαιος ΕΚ ΠΙΣΤΕΩΣ ζησ. Οργη θεου אף יהוה l. חרין *poenae diuinae*, vid. ad 1 Th. 1, 10. [δικαιοκρισια θεου II, 5. Quamuis enim iratum numen ab apostolo describi haud dubitemus, patet tamen, *iram*, proprie sic dictam, in diuinam maiestatem haud cadere. Neque vero contulisse poenitebit, quae in contrariam sententiam aduersus Stoicos disputat *Lactantius* libro singulari *de ira diuina*.] Αποκαλυπτεται nolim, quod omnes faciunt, ad Euangelium referre vt v. 17. quia εν αυτω deest; sed pro futuro accipio

ἐπὶ πᾶσαν ἀσέβειαν καὶ ἀδικίαν ἀνθρώπων, τῶν τὴν

cipio ἀποκαλυφθησεται. nem-pe, *die illo extremo iudicii*. cf. 2, 5. Act. 17; 31. Matth. 3, 7. 1 Cor. 3, 13. *Denn offenbaren wird sich einst Gottes Rache vom Himmel über jede Ruchlosigkeit* — — Απ' ουρανου graphice dictum cf. Pſ. 14, 2. 1 Reg. 8, 30. Pſ. 2, 4, 5. Quicquid Deus agit, vel *de coelo*, vel etiam *de monte Sionitico*, in cuius arce, tanquam in templo, Deus habitare credebatur, agere perpetuo Hebraeis dicitur. ασεβεια et αδικια mere ſynonyma. Reſpondent hebr. מעל, רשע, פשע. quae ſingula a LXX modo per ασεβ. modo per αδικ. transferuntur cf. Ezech. 33, 9. et Ier. 3, 13; Ier. 5, 6. et Gen. 50, 17. Vtroque exprimuntur *flagitia omnia*, ſiue illa cultu idolorum, ſiue caeteris, quae nos proprie dicimus, vitiis ſceleribusque contineantur. Quaecunque enim *praue* fiunt ab homine, ea a Iudaeis ſcriptoribus, ſimiliterque ab Apoſtolis, ſemper ad *impietatem*, vt viciſſim *virtutes* quaelibet, ad *pietatem erga Deum* referuntur. Hoc vero inprimis loco ita late vtrumque eſſe accipiendum, ſqq. docent. αληθεια hebr. אמת *omnis recte de Deo cogitandi honeſteque et pie agendi ratio*. Pſ. 51, 8. h. *religio vera*, quo-cunque tandem modo homini innoteſcat. Vnde ad *religionem Iudaicam*, *Chriſtianam* (addito του ευαγγελιου, της πιστεως του χριστου) et h. l. *ipſam adeo naturalem*, naturae beneficio acquiſitam, transfertur, vid. v. ſeq. Κατεχειν την αληθειαν ἐν αδ. varie verti poteſt, vel *impedire*, *cohibere* (h. ſupprimere, ne vim ſuam exſerere poſſit) *veram relig. per improbitatem* l. etiam *iniuſte* (εν αδ. pro αδικως.) (Saltem κατεχειν eſt nonnunquam *impedire*, *cohibere* cf. ad 2 Th. 2, 6.) vel ſic, vt κατεχειν in vulgari ſignif. pro εχειν accipiatur, formulaque omnis reſoluatur ſic: εχειν την αλ. (h. την αληθειαν θεου 25. γνωστον του θεου 19.) *Dei veri cognoſcendi occaſionem habere*, και ὁμως αδικον ειναι, et *tamen improbum eſſe atque ſceleſtum*. *Die wiſſen was Gottes Wille iſt, und doch ſündigen*. Cf. formulam prorſus ſimilem Iac. 2, 1. εχειν εν προσ. την πιστιν pro εχειν την πιστιν και ὁμως προσωποληπτειν 2 Timoth. 1, 13. εχειν ὑποτυπωσιν λογων ὑγιαιν. εν πιστει κ. αγ. pro εχειν και πιστευειν αυτοις κ. αγαπαν αλληλους. Inprimis haec accommodari poſſe ad Iudaeos qui quidem εχειν την αληθειαν maximopere gloriabantur

τὴν ἀλήθειαν ἐν ἀδικίᾳ κατεχόντων. διότι τὸ 19
γνωστὸν τοῦ Θεοῦ φανερόν ἐστιν ἐν αὐτοῖς· ~ ὁ
~ ὁ Θεὸς γὰρ γὰρ

VARIAE LECTIONES.

19 ὁ Θεος γαρ vocibus transpofitis legunt ex vtraque recenfione *Al.* et *Occid.* A. D. a pr. m. E. G. 17. 37. 40. *Orig. Eufeb. Ath. Socrat. Damafc.* probb. *Bengel. Griesbach.*

tur, quisque videt. Ne tamen *fibi* potiffimum ifta dici, ftatim fub initio fufpicarentur Iudaei ipfi, fubiicit v. 19. fqq. fententiae propofitae rationem eiusmodi, vnde patere poffit: *Gentiles* etiam, etfi Mofaicae religionis expertes, tamen quodammodo dici poffe κατεσχηκοτας αληθ. εν αδ. [Αληθειαν, oppofitam τῃ αγνοιᾳ του θεου και τω σκοτει *puriorem euangelii doctrinam moralem* defignare, locus Ioh. III, 19-21. diferte docet. Inter eos autem, qui curfum veri, h. e. propagationem et incrementa verbi diuini *cohibere* conati funt, non Iudaicos folum Luc. XI, 52., fed gentilium etiam magiftratus et facerdotia retulerim, quorum inuidia et fuperftitione apoftolos fubinde in maximum discrimen adductos fuiffe fatis conftat Act. XVI, 22 ff. al.]

19. διοτι pro και γαρ. Luc. I, 13. 2, 7. Act. 18, 10. Το γνωστον του θ. Qui in his periphrafin του θεου ineffe putant, prouocare folent ad LXX Gen. 2, 9. dubito, an fatis accurate; quum in ifta Alexandr. lectione, του ειδεναι γνωστον καλου κ. αγαθου, veftigia potius duplicis interpretatione formulae eiusdem hebr. עץ הדעת טוב ורע (quarum altera ξυλον του ειδεναι καλον κ. αγ. altera ξυλον γνωστον καλου κ. αγαθου fuerit) deprehendi videantur. Facilius et cum vfu loquendi Paullino conuenientius poffis τὸ γνωστον accipere pro την γνωσιν cf. formulas has: το χρηστον τ. θ. 2, 4. αδυνατον κ. ανωφελες του νομου 8, 3. Hebr. 7, 18. το μωρον του θεου, το ασθενες του θεου I Cor. 1, 25. Tum formulam omnem ita tibi refolue; φανερον εστι, γνωσιν του θεου ειναι εν αυτοις h. δυνασθαι αυτους γινωσκειν τον θεον. *Offenbar fehlts ihnen an Erkenntnifs Gottes* (an Gelegenheit Gott zu erkennen) *nicht.* cf. locum fimil. Iuftin. Apolog. 2. §. 14. διο εν τῃ φυσει τῃ των ανθρωπων εστι το γνωριστον καλου και αισχρου. Nefcio tamen, cur omnino a verbi γνωστον propria fignificatione fit recedendum, vnde fenten-

20 γὰρ Θεὸς αὐτοῖς ἐφανέρωσε· τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτοῦ ἀπὸ κτίσεως κόσμου τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθο-

ſententia haec efficitur: *quantum quidem ſcire et cognoſcere homines de deo, natura ſenſibus et intelligentia humana longe ſuperiori, poſſunt, idem edoctae etiam eſſe poterant gentes* cf. Arrian. Epict. 2, 20. p. 224. γινωσκε ὁτι ουδεν εστι γνωστον αλλα παντα ατεκμαρτα. Plato lib. V. Polit. το μεν παντελως ον παντελως γνωστον. μη ον δε, μηδαμη παντη αγνωστον. De ſententia ipſa vid. Ioſ. v. Apion. 2, 16. θεος δυναμει μονον ἡμιν γνωριμος, ὁποιος δε κατ' ουσιαν, αγνωστος. Εν αυτοις ſc. τοις εθνεσι. εν vel redundare dicendum ad ſimilitudinem hebr. ב. vel vertendum: *inter*. 1 Cor. 11, 19. Philipp. 1, 13. 1 Tim. 4, 15. Φανερουν i. q. αποκαλυπτειν hebr. גלה Ierem. 33, 6. Maluit vero ſcribere Ap. Φανερουν, quia praeceſſerat Φανερον. [Ex noſtro ſenſu praeferenda et hic videtur ſententia ad hebraiſmum formata: נודע אלוהים נגלה בהם γνωσις θεου εφανερωθη αυτοις, ὁ γαρ θεος αυτην απεκαλυψεν: *ineſt omnino animis eorum cognitio numinis, eaque a Deo ipſo procurata.*]

20. *Ipſe enim etſi oculis cerni non poteſt, tamen, inde a mundo condito, mente animoque, ſi ad res ab eo conditas geſtasque attenderis, cerni poteſt vis atque maieſtas eius aeterna.* Τα αορατα αυτου pro ἡ Φυσις αυτου ἡ αορατος l. αυτος ὁ αορατος. cf. 1 Tim. 1, 17. Hebr. 11, 27. Απο κτισεως κοσμου pro εξ οὑ εκτισθη ὁ κοσμος. Ioh. 15, 27, Matth. 13, 35. 23, 35. Alii cum Luthero vertunt: *ex mundo condito, per creationem mundi.* Nec απο ſaepius pro εκ dici negandum eſt. cf. Matth. 7. 16. 20. 24, 32. et e ſcriptt. prof. loca plura collecta apud Elſner. adde Philonem de Alleg. T. I. p. 107. 3. απο του κοσμου και των μερων αυτου-αντιληψιν εποιησαμεθα του θεου. Loco tamen noſtro eadem ſententia iam continetur verbis ſqq. τοις ποιημασι, a quibus ſenſu differre haec: απο της κτ. — ipſa conſtructionis diuerſitas indicare videtur. Lutheri ſaltem verſio verba ſic collocata requireret: τοις ποιημασι, τουτ' εστι, τη κτισει του κοσμου. τα ποιηματα i. q. εργα. Intelligo *opera quaevis diuina*, non tantum ea, quae in producenda hac rerum natura, verum etiam, quae in rebus, vita, ſatisque hominum gentiumque gubernandis verſantur; non excluſis inprimis etiam iis, quae humani

καθορᾶται, ἥ τε ἀΐδιος αὐτοῦ δύναμις καὶ θειότης, εἰς

humani generis cauſa per Ie-ſum et App. diuinitus patrata fuerant. cf. Hebr. מעשה et LXX ad Eccl. 7, 13. 8, 17. Pſ. 143, 5. add. Eph. 2, 10. νοουμενα καθοραται *mente animoque cernitur.* Emolliuntur per νοουμενα, quae alias pugnare ſecum viderentur, κορατος καθορατα. In καθοραν nulla eſt emphaſis i. q. ὁραν v. Elſn. αιδιος i. q. αιωνιος ab αει. Iud. v. 6. cf. Sap. 7, 26. et Symm. Mich. 7, 18. δυναμις και θειοτης mere ſynonyma עז כבודו *diuina eius maieſtas,* θειοτητος voc. vid. Sap. 18, 9. discrimen vero inter θεοτης et θειοτης ab Elsnero ſic conſtitutum, vt illud *numen ipſum* θεον (die Gottheit), hoc vero *diuinam maieſtatem* (die Göttlichkeit) ſignificet, nullum eſt. Εἰς το ειναι vulgaris transeundi formula pro και ουτω εισι αυτοι ανaπολογητοι. Voce αναπολογητος rara apud ſcrippt. Graecos, vtitur tamen Polyb. exc. legat. 86. Caeterum per ſe apparet, haec de αναπολογητῳ ἁμαρτια ethnicorum, vt omnem de Deo ex rerum natura cognoſcendo locum, non eſſe ſubtiliter premenda, quaſi hoc docere voluiſſet Apoſtolus: ex adſpectu mundi quemlibet *hominum* poſſe ad illam *Dei vnius* notitiam pervenire, quod profecto non eſt, quum ad *illam* certa quadam ratione nobis comparandam *partim* ingenii follertia, eaque praeiudicatis opinionibus non impedita, *partim* multarum rerum naturalium, inprimisque nexus, qui inter mundi partes ſingulas arctiſſimus intercedit, accurata et ſubtilior re ſcientia, qua omnes omnino homines nec *poſſunt* nec *ſolent* eſſe imbuti, neceſſario opus videatur; ſed in omnibus his nihil aliud quaerendum, niſi hoc: „*occaſionem* „et *materiem* Dei vnius cog„noſcendi largam expoſitam „patere in ipſa rerum natura; „ad quam ſi *voluiſſent* pro vi„ribus ſuis attendere *multi* „etiam gentilium, nec vitio„rum libidini plus quam „rectae rationis praeceptis in„dulgere (μη κατεχειν την α„ληθειαν εν αδικια); fieri vix „potuiſſe, quin *plures* eorum „rectius de Deo cogitare, „eumque decentius et ipſius „naturae conuenientius vene„rari didiciſſent.„ Conferri caeterum per hanc occaſionem et in memoriam reuocari merentur loca ſimilia Philoſophorum veterum, e quibus praecipua quaedam haec ſunt: Zaleucus in prooemio legum: δειν τους κατοικουντας εν τῃ πολει παντων πρωτον ὑπολαβειν

21 εἰς τὸ εἶναι αὐτοὺς ἀναπολογήτους· διότι γνόντες τὸν Θεὸν, οὐχ ὡς Θεὸν ἐδόξασαν ἢ εὐχαρίστησαν, ἀλλ' ἐματαιώθησαν ἐν τοῖς διαλογισμοῖς αὐτῶν, καὶ ἐσκοτίσθη ἡ ἀσύνετος αὐτῶν καρδία· Φάσκον-

λαβειν, και ταις διανοιαις επισκοπειν τον ουρανον, και την διακοσμησιν και ταξιν κρινειν ου τυχης ουδ' ανθρωπων ειναι ταυτα τα κατασκευασματα. Arift. de Mundo C. 6. παση θνητη Φυσει γενομενος αθεωρητος, απ' αυτων των εργων θεωρειται ὁ θεος. Plato apud Cyrill. adv. Iulianum L. 3. p. 97. ὁτι απο του καλλους των αισθητων επι το νοητου του θεου καλλος αναφοιτησαι δεησαι, απο δε του εν τοις νομοις και τοις επιτηδευμασι την αρετην αυτου δει θεωρειν. Cic. Tufc. 1, 29. „Deum non vi„des, tamen Deum agnofcis „ex operibus eius.„ Alia vid. apud Wetft. add. Difpp. longiores Socratis apud Xenophontem Memor. L. 1, 4. 4, 3. et Epicteti apud Arrianum L. 1, 6. 2, 14 [Locus egregius, e quo *primum* patet, rationi humanae *cognitionem* Dei Ioh. 17, 3. vindicari, eamque non folum ad res externas et adfpectabiles, vti e philofophis recentioribus fomniarunt quidam, fed ad *ideas* etiam, de quarum veritate et euidentia conftat, referri debere. *Deinde* docetur, hanc cognitionem Dei oriri tum adfcendendo ab effectu vifibili ad caufam inuifibilem, tum coniungendo rerum creatarum pulcritudinem, nexum, finesque cum intellectus fummi efficacia. *Poftremum* ifta θεογνωσια, quamvis libero rationis vfu parta, ad ipfam eamque vniuerfalem numinis procurationem et inftitutionem refertur, εις το ειναι παντα ανθρωπον αναπολογητον fc. εν τη ἡμερα της κρισεως.]

21. Arcte iungenda putaui haec fuperioribus, in aliis edd. disiuncta, vt particulae διοτι fua propria fignificatio falua maneret. Δοξαζειν, *colere propter ipfas numinis virtutes* hebr. כבר Ef. 43, 23. Ευχαριστειν, *colere propter beneficia in nos collata.* Ὡς θεον h. ὡς αορατον κτιστην του κοσμου. cf. v. 25. Ματαιουσθαι, conferri poffunt duo vocc. hebrr. vnum: התהבל *decipi re vana et fraudulenta*, quo deinde Prophetae Hebraei vtuntur inprimis ad *idololatriae* fraudes exprimendas; quemadmodum ipfa *idola* הבל dicuntur iisdem. cf. 2 Reg. 17, 15. Ier. 2, 5. Act. 14, 15. (ex quibus

φάσκοντες εἶναι σοφοὶ ἐμωράνθησαν, καὶ ἤλ- 22. 23
λαξαν τὴν δόξαν τοῦ ἀφθάρτου Θεοῦ ἐν ὁμοιώ-
ματι εἰκόνος φθαρτοῦ ἀνθρώπου καὶ πετεινῶν καὶ
τετρα-

quibus tamen locis ματαιουσθαι verti etiam posse: *idolorum cultorem esse*, non sequitur). Alterum est הסכיל *stulte agere, stultum esse.* vid. LXX. 1 Sam. 26, 21. 13, 13. 1 Paral. 21, 8. cf. ad Eph. 4, 17. et 1 Petr. 1, 18. similiter ματαιον dicitur *stultum* 1 Cor. 3, 20. 15, 17. add. 1 Tim. 1, 6. Vtram rationem sequaris, sententia eodem redit (*berücken ließen sie sich*), eandemque firmant, quae sequuntur: εσκοτισθη - εμωρανθησαν et s. p. Διαλογισμοι (hebr. מזמות l. מחשבות) verbum μεσον in vtramque partem dici solitum, vt nostrum *Einfälle*, a Paullo tamen fere semper in deterius. Rom. 14, 1. 1 Cor. 3, 20. cf. Ps. 94, 11. 139, 20. Εσκοτισθη καρδια synon. του εματαιωθησαν, *tenebris circumfusa est mens eorum stolida.* cf. Eph. 4, 18. καρδια, *mens ipsa*, non *animus.* vid. ad Eph. 1, 18. Φασκειν, *prae se ferre, haberi velle.* Xenoph. Mem. 1. οἱ φασκοντες φιλοσοφειν. Aristoph. Ran. III, 1. δουλος ων, εφασκες ειναι δεσποτης. Philo de Somn. p. 1116. φασκοντες ουκ ελευθεροι μονον, αλλα και πολλων αλλων ἡγεμονες ειναι. Ηλλαξαν - - hebr. ימירו כבוד יי בתבנית צלם אדם cf. Ps. 106, 20. add. Ier. 2, 11. Hos. 4, 7. Es. 40, 18. *Eo amentiae processerunt, vt Deum inuisibilem humana, ipsorumque adeo brutorum animantium figura repraesentari posse putarent.* δοξα θ. opposita εικονι α. θρ. *ea diuinae naturae maiestas, qua nihil sibi simile habet, nulla igitur re adumbrari aut repraesentari potest.* Εν ὁμοιωμ. pro εις ὁμοιωμα. Ὁμοιωμα εικονος ανθ. hebraica constructio pro εικων ὁμοια τω ανθρωπω. cf. ὁμοιωματα ειδωλων. 1 Macc. 3, 48. Figurae Deorum humanae inter Graecos inprimis et Romanos frequenquentissimae. Και *atque adeo.* Ἑρπετων genere *crocodili* etiam et *piscium genera quaevis* comprehenduntur. Πετεινων - ἑρπετων. In vniuerso hoc Idolorum ad brutorum animalium effigiem efformatorum genere prae caeteris gentibus Aegyptios inprimis excelluisse constat. Locus insignis in eam sententiam est Philonis leg. ad Cai. p. 566, 6. τι δε ουκ εμελλον ανθρωπους γε οντας; οἱ κυνας και λυκους και λεοντας κ. κροκοδειλους κ. αλλα πλειονα θηρια και ενυδρα κ. χερσαια κ. πτηνα θεοπλαστουντες, ὑπερ ὁ βωμοι και ιερα και ναοι κ. τεμενη κατα πασαν Αιγυπτον

24 τετραπόδων καὶ ἑρπετῶν. διὸ καὶ παρέδωκεν αὐτοὺς ὁ Θεὸς ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις τῶν καρδιῶν αὐτῶν εἰς ἀκαθαρσίαν, τοῦ ἀτιμάζεσθαι τὰ σώματα

Αιγυπτον ἱδρυνται. Enimuero fuiſſe etiam inter ſingulas gentes iſtas omni tempore viros ſapientes, qui de ea re iudicarent aliquanto acutius et diuino numine dignius, apparet ex locis innumeris. cf. pauca haec. Empedocles in Steph. Poëſ. Philoſ. p. 30.

Ου μεν γαρ (ο θεος) βροτεη κεφαλη κατα γυια κεκαστai,
Ου μεν απαι νωτων γε δυο κλαδοι αϊσσουσιν,
Ου ποδες ου θοα γουνα και μηδεα λαχνηεντα.
Αλλα Φρην ἱερη και αθεσφατος επλετο, μουνον
Φροντισι κοσμον απαντα καταΐσσουσα θοησιν.

Xenoph. ibid. p. 36.

Εἱς θεος εν τε θεοισι και ανθρωποις μεγιστος,
Ουτι δεμας θνητοισιν ὁμοιος ουδε νοημα.

Seneca apud Auguſtin. de ciuit. D. c. 10. ridens ſuperſtitionem plebis: *ſacros*, inquit, *immortales, inuiolabilesque deos in materia viliſſima atque immobili dedicant. Habitus illis hominum, ferarumque et piſcium, quidam vero mixtos ex diuerſis corporibus induunt. Numina vocant, quae, ſi ſpiritu accepto ſubito occurrerent, monſtra haberentur.* add. Plutarch. Iſid. et Oſir. p. 382. Apollon. apud Philoſtr. 6, 19. p. 256.

24. Perpetua eſt Hebraeorum ſcriptorum opinio haec: *Idolorum cultum adeo inuiſum eſſe deo vero, vt, quisquis illi indulgeat, eum in omne flagitiorum genus, perque haec in ſummam miſeriam et calamitatem Deus proſternat.* vid. 1 Sam. 2, 30. Nec diffitendum quidem eſt, per Idololatriam, maxime eam, qualis Apoſtolorum tempore fuit, occaſionem ſuppeditari viamque muniri flagitiis innumeris; quibus caritura videri poſſet gens, tali ſuperſtitione non contaminata; enimuero contra etiam in eo caute eſt agendum, ne, quae Apoſtolus partim accommodate ad iſtam ſuae genti propriam, eamque, ad ſeruandum vnius Dei inter Iudaeos cultum, inprimis ſalutarem opinionem, partim apte ad iſtorum temporum, quibus potiſſimum haec ſcripta erant, cum Idololatria coniunctam, (etſi non ex Idololatria ſola perfectam,) omnis generis improbitatem ſcripſit, vniuerſe accipiamus, hancque flagitiorum ſeriem, quam mox recen-

ματα αὐτῶν ἐν ἑαυτοῖς· οἵ τινες μετήλλαξαν 25 τὴν

ecenfebit Ap. *omni tempore* ocoque inter gentes Idololatricas *fingulas* deprehendi arbitremur; quod profecto, vt ab huius loci contextu magnopere eft alienum, ita partim rectae rationi, quae vitiorum inter homines gentesque origines, non in vna quadam fed pluribus caufis quaeri iubet, partim omni de humano genere hiftoriae plane repugnat. Παρεδωκεν· εις ακαθαρσ. formula interpretanda ex vulgari Hebraeorum, vt cuiuslibet veteris, nec fubtilioti philofophiae adfuetae gentis more: *quicquid fit in his terris, fiue bonum id fuerit fiue malum, tribuendi Deo operanti et agenti.* cf. Pf. 81, 12. 13. Act. 7. 42. Sir. 4, 19. Nos pro noftro philofophandi more diceremus: *permifit Deus vt delaberentur in* - - Act. 14, 16. Εν ταις επιθ. l. pro κατα τας - cf. ad v. 10. (tum παρεδωκεν εις ακαθαρσ. iungenda:) l. εν - εις ακαθ. dicta ex noto Hebraifmo, quo εν pro εις ponitur, et fubftantiua fubftantiuis iunguntur loco adiectiuorum, pro: εις τας επιθ. - τας μαλιστα ακαθαρτους, τας αισχροτατας. cf. fynon. v. 26. παθη ατιμιας. Ακαθαρσια poteft *improbitas* omnis effe. cf. ad 1 Th. 2, 3. propter huius tamen loci contextum, inprimis ad *veneris nefandae flagitia* referenda videtur: *in die fchändlichften Lüfte.* Του ατιμαζεσθαι pro ὡστε ατιμ. vt *adeo* — Ατιμαζεσθαι paffiue accip. *vt foedentur adeo corpora ipforum per femet ipfos;* nifi forte cum aliis ατιμαζ. *de medio*, et εν ἑαυτοις accipere malis pro εν αλληλοις, *inter fe inuicem.* Tum vero pro αυτων legendum αὑτων, quod ipfum fi feceris, tamen εν ἑαυτοις verti etiam poterit: *fua fponte, non coacti.* Sententiam fimilem vid. 1 Cor. 6, 8. Dicitur autem corpus *contumelia afficere* is, qui vtitur eo contra naturam. Fuiffe vero hanc iftorum temporum inter Graecos Romanosque triftiffimam faciem, dubitare neminem patiuntur fcriptt. proff. loca innumera. [Poteft tamen etiam το ατιμαζεσθαι τα σωματα opponi τῳ κτασθαι το ἑαυτου σκευος εν τιμῃ 1 Theff. IV, 4., hoc fenfu, *vt corpora fua dehoneftarent promifcue*, innuente fcilicet oppofito foedam morum licentiam inter ipfa praefertim idolorum facrificia fatis dominantem Act. XV, 20.]

25. 26. Iungendi. Οἵτινες et δια τουτο ad fe inuicem referenda. Οἱ τινες pro διοτι, *propter-*

τὴν ἀλήθειαν τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ ψεύδει, καὶ ἐσεβάσθησαν καὶ ἐλάτρευσαν τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα, ὅς ἐστιν εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν.

propterea quod. Μετηλλαξαν - ψευδει. cf. Ier. 2, 11. μεταλλ. i. q. αλλασσειν v. 23. Hesych. μετημειψαν. Αληθειαν θεου i. q. δοξαν θεου v. 23. θεον αληθινον. Εν τω ψευδει l. εις το ψευδος (de cuius formulae sententia vide ad v. 23.) l. sic, vt εν ad similitudinem Hebr. ב redundet, sensu ita constituto: *veram Dei naturam falsarum et ineptarum imaginum vanitate permutarunt: den wahren Gott vertauschten sie gegen ungereimte Götzenbilder.* Saltem sensu hoc, in loco plane simili, formula eadem vtitur Philo de Vit. Mos. p. 678, C. ὁσον ψευδος ανθ' ὁσης αληθειας ὑπηλλαξαντο. et p. 679, A. οἱ τον αληθη θεον κατχλιποντες, τους ψευδονυμους εδημιουργησαν, φθαρτοις και γενηταις ουσιαις την του αφθαρτου προσρησιν επιφημισαντες. Ψευδος Hebr. שקר non semper, quod nos dicimus, *mendacium*, sed *quicquid non tale est, quale esse perhibetur,* hinc hebr. scriptt. est nomen *idolorum*, adiuncta notione *vanitatis* et *infirmitatis.* cf. Ies. 44, 20. Ier. 3, 10. 13, 25. 23, 14. h. l. *ipsas Idolorum imagines*, vanas illas quidem et ad veram Dei naturam exprimendam prorsus ineptas, significari, ex contextu omni apparet. Σεβαζεσθαι. forma verbi ἁπαξ λεγ. pro vulgari σεβεσθαι Hebr. ירא *religiose colere* Ios. 4, 24. Hiob. 1, 9. Παρα τον κτισαντα. παρα accusatiuo iunctum signif. *contra cum detrimento alterius.* cf. v. 26. Act. 18, 13. Gal. 1, 8. 1 Cor. 3, 11. idem fere sensus prodit, cum in comparatione adhibetur παρα vt מן Hebr. v. c. Luc. 13, 2. 4. Hebr. 1, 3. 2, 7. add. Ioseph. Ant. 17, 10, 6. οὑτος ειναι αξιος ελπισας παρ' ὁντινουν, nostro loco sensum constituerem sic: *sie ehren das Geschöpf zum Nachtheil des Schöpfers.* loc. similem Philo habet de Mundi opif. p. 2, B. τινες τον κοσμον μαλλον η τον κοσμοποιον θαυμασαντες. [Collato iterum hebraismo בְּרִיָּה מֵהַבּוֹרֵא sensus prodit clarus: εσεβασαντο λατρευοντες μαλλον τῃ κτισει, η τῳ κτισαντι, *cultum creaturae inanem anteposuerunt cultui debito creatoris.*] Exponit ad hunc locum Grotius copiose de Theologia veterum sapientum Graecorum Romanorumque, quaque ratione *illam ipsam* etiam, etsi

a

μήν. διὰ τοῦτο παρέδωκεν αὐτοὺς ὁ Θεὸς εἰς 26
πάθη ἀτιμίας· αἵ τε γὰρ θήλειαι αὐτῶν μετήλ-
λαξαν τὴν φυσικὴν χρῆσιν εἰς τὴν παρὰ φύσιν,
ὁμοίως

religione plebis magnopere diuerfam, eaque multo praeftantiorem, refutaſſe hoc loco Paulus videatur, oftendit. An tamen omnino ad ifta philofophorum fyftemata vllo modo refpexerit Paullus, vehementer dubito. Ὁ κτίσας hebr. בורא pro: ὁ κτίστης 1 Petr. 4, 19. Iam per hanc vocem κτίσαντα cum *Dei veri et fummi* memoria excitata effet in animo Apoftoli, pietatis fenfu abreptus, ne ifta hominum, Deum fub figura humana repraefentandi, peruerfa ratione commemorata, ipfe in maieftatem diuinam iniurius videri poffit, addit, quod faepe facere folet, (cf. Gal. 1, 5. 2 Cor. 11, 31.) doxologiam Iudaeis folennem. (Gen. 9, 26. 14, 20. 24, 27. 31.) ברוך הוא לעולמים *aeternum pie venerandus efto!* Id quidem eft εὐλογητος ברוך de Deo dictum ברך *laudibus celebrare, precibusque venerari Deum.* vid. ad Gal. 1, 5.

26. Δια τουτο. repetitur formula, iam v. 24. pofita, quia per parenthefin v. 25. fententia quodammodo interrupta fuerat. Παθη ατιμιας. Hebr. pro ατιμοτερα, *cupiditates maxime obfcenae, nefandae.* Αἵ τε γαρ et v. 27. ὁμοιως τε και, pro αἱ μεν γαρ - ὁμοιως δε και. Θηλειαι-Φυσιν, *frictrices mulieres* feu *tribades* (απο του τριβειν ολισβῳ) dictae, quae in fexum fuum libidinem exercebant. Defcripferunt hoc nefandae Veneris portentum Petronius in Satyr. et Mart. 1, 90. ad Baffam tribadem. Coel. Aurel. in χρονικων libr. 4. c. vlt. add. Plato de legg. 1. p. 776. E. αρρηνων προς αρρηνας, η θηλειων προς θηλειας παρα Φυσιν ἡδονη. Luc. dial. meretricio 5. τοιαυτας εν Λεσβῳ λεγουσι γυναικας ὑπο ανδρων μεν ουκ εθελουσας αυτο πασχειν, γυναιξι δε αυτας πλησιαζουσας ὡσπερ ανδρας. Χρησις [αιδοιων fcilicet, η των αφροδισιων] de re *Venerea* etiam apud Graecos voc. Iisdem folenne eft, opponere inuicem fenfu eodem, quo Ap., την Φυσικην et την παρα Φυσιν χρησιν. vid. Aefchines in Timarcho. mulierem adulteram vocans: την κατα Φυσιν ἁμαρτανουσαν, iuvenem vero muliebria paffum: τον παρα Φυσιν αὐτον ὑβρισαντα. Μετηλλαξαν την Φυσ. χρ. voce αλλασσειν eodem fenfu Aquila vfus videtur Hof. 4, 14. vertens: קדשות *mulieres pathicas*, ενηλλαγμενας.

27 ὁμοίως τε καὶ οἱ ἄῤῥενες, ἀφέντες τὴν φυσι-
κὴν χρῆσιν τῆς θηλείας, ἐξεκαύθησαν ἐν τῇ
ὀρέξει αὐτῶν εἰς ἀλλήλους, ἄρσενες ἐν ἄρσεσι
τὴν ἀσχημοσύνην κατεργαζόμενοι, καὶ τὴν ἀντι-
μισθίαν, ἣν ἔδει, τῆς πλάνης αὐτῶν ἐν ἑαυτοῖς
28 ἀπολαμβάνοντες. Καὶ, καθὼς οὐκ ἐδοκίμασαν
τὸν

27. Οἱ αρρενες *viri muliebria passi*. αρσενοκοιται. 1 Cor. 6, 9. μαλακιζομενοι. Luc. amor. 19. Latin. *drauci, molles*. Εξεκαυθησαν, *ardent*, proprium voc. de *Venerei furoris aestu*. Ορεξεις. etiam hoc proprium *rei Venereae* pro επιθυμιαι Herod. 3, 13. 14. 6, 1. 12. Την ασχημοσυνην, nefandam *Venerem*, נבלה Gen. 34, 7. Κατεργαζεσθαι, *patrare, perficere*. 2, 9. 10. 7, 18. 1 Cor. 5, 3. [*Senec.* ep. 95. puerorum greges, quos post conuiuia *cubiculi contumeliae* exspectant.] Και απολαμβανοντες. sententia eadem de hominum ethnicorum ad turpissima et nefanda scelera procliuitate, poenarum loco propter idolorum cultum in eos immissa, quae iam proposita fuerat vv. 24 et 26. ad quos vid. not. αντιμισθια i. q. μισθος. 2 Cor. 6, 13. αντ. ἡν εδει. h. e. δικαιαν *mercedem promeritam*. Πλανη synonymum της ασεβειας et αδικιας. (omnia respondent hebr. פשע Ezech. 33, 10. cf. 2 Petr. 2, 30.) ex huius vero loci contextu inprimis ad *idololatriam*, in qua caussam ceterorum flagitiorum ponit Ap., est referendum. Εν ἑαυτοις *in semet ipsis* h. *per semet ipsos*, dum nimirum sua ipsorum corpora prostituere a Deo non prohibentur. cf. ad v. 24. [Nihil tamen prohibet quo minus αντιμισθια της πλανης ad ipsa nefastae libidinis consectaria referatur naturalia. Videlicet drauci et pathici se ipsos exuerunt dignitatis humanae sensu; corpus effeminatum ad malos nefandos eosque lethales procliue redditum, et legitimi amoris gaudia exoletis exossa reddita sunt. Quae omnia ατιμιας nomine complectitur *Theodoretus* ad h. l.]

28. Adduntur *alia flagitiorum genera*, quae tamen ipsa ex eodem idololatriae fonte deducenda esse profitetur Ap. v. h. et seq. Και, *similiter etiam, porro*. Δοκιμαζειν τι, δοκιμον ἡγεισθαι, *rectum, probum, dignum iudicare aliquid*.

ν Θεὸν ἔχειν ἐν ἐπιγνώσει, παρέδωκεν αὐτοὺς ὁ
εός εἰς ἀδόκιμον νοῦν, ποιεῖν τὰ μὴ καθήκοντα,
πεπλη-

id. cf. 14, 22. Infinitiuo nctum faepius fimpliciter rti poteft. velle. cf. Krebfii bſvv. Flav ad h. l. nolim ta- en id facere loco hoc, quo, iae fequuntur, αδοκιμος νους οὐκ εδοκιμασαν refpiciant; ıde paronomafia haec, fi eri poffit, in vertendo etiam on videtur negligenda. Ver- rim fic: Sie würdigten ott nicht ihn zu verehren, rum gab auch er ihnen ei- en unwürdigen Sinn, zu un wasnicht taugt. Εχειν επιγνωσει. bene dictum o: επιγινωσκειν, ex Grae- smo omnibus noto. εχειν οργη τινα, pro: οργιζεσθαι vι. εχειν εν αιτιαις τινα, o: αιτιασθαι, vid. Viger. de . ling. Gr. p. 244. Loca ero N T. quibus, illuftrandi rius vfus loquendi caufa, vti lent interpretes Iac. 2, 1. om. 1, 18. funt e genere io; nec melius confertur olybii illud L. 12, 4. p. 915. ζειν εν παραδοσει, pro: εχ. παραδοθεν. In επιγνωσει he- :, דעת non tantum cognitio- em, fed pietatem etiam, com- rehendi monitum vid. ad phef. 1, 17. vnde εχ. εν επιγν. i. q. σεβεσθαι, λατρευειν τω Θεω. Νους (totus animus, cum fenfu et affectu omni, Gefinnung) αδοκιμος. improba, praua mens i. q. κακος. Hebr. 6, 8. αποβλητος, αχρηστος. Tit. 1, 16. (fed maluit fcri- bere: αδοκιμος, vt refponde- ret τω δοκιμαζειν.) Mens, quae tantum in fua re fuis- que commodis, etfi peffima arte augendis, occupatur; fa- mae, exiftimationi, opibus, vitae aliorum inhians. Τα μη καθηκοντα, quae nefas eft facere. De fententia ipfa: Θεος παρεδωκεν εις νουν αδο- κιμον. cf. Lycurg. orat. con- tra Leocr. οἱ Θεοι ουδεν προ- τερον ποιουσι η των πονηρων αν- θρωπων διανοιαν παραγουσι.

Ὁταν γαρ οργη δαιμονων
βλαπτη τινα,
Τουτ' αυτο πρωτον εξαφαι-
ρειται φρενων
Τον νουν τον εσθλον, εις δε
τον χειρω τρεπει
Γνωμην' ἱν' ειδη μηδεν ὡν
αμαρτανει.

Cic. in Verr. I. 2. Multa in Deos impie nefarieque com- mifit, quorum fcelerum poenis agitatur et a mente confilio- que deducitur.

29.

29 πεπληρωμένους πάσῃ ἀδικίᾳ, = πορνείᾳ, πονηρίᾳ, πλεονεξίᾳ, κακίᾳ· μεστοὺς φθόνου, φόνου, ἔριδος, δόλου,

VARIAE LECTIONES.

29. πορνεία. Si vel nulla auctoritas Veterum adeſſet, qua excludi hoc vocabulum iuberetur, tamen ab omni huius loci, qui flagitia cum Venerea libidine plane non coniuncta tractat, contextu ita eſt alienum, vt vel ſic temere in textum inrepſiſſe videri debeat. Teſtantur vero idem Codd. Verſiones, Patres magno conſenſu. Omittunt πορνεία A. C. 17. 23. 26. 67. ex emend. Verſ. *Copt. Aeth. Ephr. Clem. rom. Orig. Chryſoſt. Baſil. Max. Damaſc. Iſidor.* Poſt πονηρία ponunt Latini. Denique, qui πορνεία legunt, omittunt πονηρία D. a pr. m. E. G. 2. 46. clar. börn. quod certo indicat, tantum alterutrum vocabulum in codd. antiquis exſtitiſſe, vtrumque vero cum propter litterarum in ΠΟΡΝΕΙΑ et ΠΟΝΗΡΙΑ ſimilitudinem facile inuicem permutari potuerit, hinc videri primum πορνεία ſolo librarii vitio in codd. nonnullos illatam, deinde vero vtramque lectionem ex diuerſis codd. in codd. denuo deſcriptis repetitam fuiſſe. Probant omiſſ. *Beng.* et S. V. *Griesbach.* [Vtrum πορνείᾳ, vel πονηρίᾳ primitiua fuerit lectio, ad liquidum vix conſtitui poterit. Tuetur tamen priorem ſcripturam *Syrus* cum *Vulgata*, ab antecedentibus neutiquam alienam. Contra πονηρίᾳ propter ſequens κακίᾳ ſuperuacaneum videri queat.]

29. Sequitur recenſus *vitiorum*, quibus iniuria infertur non tam nobismet ipſis, ſaltem non proxime, quam *aliis, eorum fortunae, famae, opibus etc.* ea vniuerſe exprimuntur v. 29. vocibus his: αδικια, πονηρια, κακια, interiecta voce, quae cauſam ſimul omnis eiusmodi αδικιας continere ſolet, πλεονεξιας. Vnde ſequitur, in ſingulis iſtis κακια, πονηρια, αδικια, non anxie de diſcrimine ſignificationis eſſe quaerendum; aucta potius inuicem ſynonyma eſſe, eſt exiſtimandum, vt omnis flagitiorum ambitus, exhauriretur: *Ungerechtigkeit, Schalkheit, Bosheit aller Art.* Πλεονεξια vero non noſtrum *Geitz*; quod aliquantolatius patet, quam πλεονεξια ap. Gr., ſed *Raubſucht, Habſucht.* [Lat. amor habendi. cf. Ovid. Faſt. 1, 195. ibiq. Burm.] Μεστος i. q. πεπληρωμενος. 15. 14. Apud Graecos ſaepiſſime, vid. Kypke. Φονος, *Blutdurſt.* Κακοηθεια non *mali mores*, (quae eſt interpretatio ex confuſis inuicem duobus etymis τα εθη *mores*, et ηθος *indoles*, orta;)

λου, κακοηθείας· ψιθυριστάς, καταλάλους, 30
εοστυγεῖς, ὑβριστάς, ὑπερηφάνους, ἀλαζόνας,
ἐφευ-

ta;) sed *malignitas, male-lentia, vafritie inprimis in nsiliis aduersus alios struen-s. se prodens:* Schalkheit. op. τῇ συνηθείᾳ, *integritati, udori.* cf. Ioseph. A. 1, 2. rpentis κακοηθεια ἡ προς ν Αδαμον. Hes. et Suid. κα-ηθεια, κακοτροπια. Ammon κοηθ. κακια κεκρυμμενη.

30. Ψιθυριστης, (Graeci ιθυρον dicunt vid. *Thomas.*) , *qui clandestinis obtrectatio-ibus aliorum odium et inimi-tiam nobis contrahit.* The-ist. Or. 21. *Cario domus in-reditur,* ἵνα λαλησῃ κ. ψι-υρισῃ κ. διαβαλλῃ. LXX. ebr. לחש vert. ψιθυριζειν. [. 41. 8. add. Sir. 21, 28. heodoret. οἱ προς το ους δια-εγομενοι και παροντας τινας κως αγορευοντες. Nos: *Oh-enbläser.* Suid. ψιθυρισμος, ἡ ων παροντων κακολογια. Κα-ταλαλοι. Vertunt LXX κατα-λαλειν hebr. גדף Ps. 44, 17. et הכלי Iob. 19, 3. Vtrumque t *obtrectare.* add. 1 Petr. 2, 2. [*Delatores*, genus ho-inum publico exitio reper-m, quo tum temporis cum axime salus publica et do-estica infestabatur: *Tacit.* n. IV, 30 et Agr. 2. vbi os homines *inquisitores* ap-llat.] Θεοστυγεῖς cum cir-rcumflexo ad syllabam vlt. est et signif. passiuae, *Deo in-festi.* Sic saepe Graeci, in-primis Tragici. vid. Wetst. Hesych. μισουμενοι ὑπο θεου. Ex hac ratione inest voci sig-nificatio *summae improbitatis,* affectu tantum vehementiore expressae. Pollux I, 21. αθεος, ασεβης, θεομισης, ὁ δε θεο-στυγης, τραγικον. *Abscheu-liche, Gott verhasste Men-schen.* Malint tamen alii le-gere, θεοστύγεις, significatio-ne actiua: *infesto in Deum animo.* Sic Theodoret. οἱ απεχθως περι τον θεον διακει-μενοι. Oecumen et Suid. οἱ τον θεον μισουντες. Desunt mihi tamem exempla pro hoc vsu loquendi certa. Nec con-textui satis apta videtur haec ratio, cum hoc loco non tam de *iniuria aduersus Deum,* quam de *flagitiis in alios homines commissis* sit sermo. Ὑβρισται, αλαζονες, ὑπερηφα-νοι parum differunt, ὑβρ. *qui per insolentiam alios indigne et contumeliose tractat,* quo-cunque tandem modo id fiat. vid. Wetst. Suidas: θρασεις κ. λοιδοροι. Hesych. ὑβρ. ὑπερη-φανος, αγνωμων. Ὑπερηφ. *qui superbe alios despiciunt.* Theophr. ὑπερηφανια, ἡ των αλλων, πλην αυτου, κατα-φρονησις. αλαζων *arrogans.* Plato Αλαζονεια, ἕξις προσ-ποιητικη αγαθων των μη ὑπαρ-χοντων

31 ἐφευρετὰς κακῶν, γονεῦσιν ἀπειθεῖς, ἀσυνέτους
ἀσυνθέτους, ἀστόργους, = ἀσπόνδους, ἀνελεήμονας

VARIAE LECTIONES.

31. ἀσυνέτους omitti ab interprete *Syro* putabat *Grotius*. Male Exſtat, ſed loco alio, ante γον. ἀπειθεῖς.

ibid. ἀσπόνδους omitt. A. D. a pr. m. E. G. *Copt. clar. ſangerm. Ephr. Damaſc. Lucif. Aug. Gild. Ambroſiaſt. Pelag.* Ante ἀστοργους ponit 17. Probant omiſſ. vocis, forte ex 2 Tim. 3, 3. huc translatae, *Mill.* in Proleg. et S. V. *Griesbach.*

χοντων. Vtrumque αλαζ. et ὑπερηΦ. fere ſemper iungi ſolet. cf. 2 Tim. 3, 2. Polyb. 5, 33. αλαζονεια των ὑπερηΦανουντων. ΕΦευρεται κακων, *qui id agunt, vt conſilia noxia excogitent. ſcelerum inuentores* Virg. Aeneid. 2, 161. Sic Antiochus Epiph. πασης κακιας εὑρετης dicitur 2 Macc. 7, 31. Philo in Flacc. p. 968. A. στασιαρχαι, Φιλοπραγμονες, κακων εὑρεται. add. 975. D. [ΕΦευρεται κακων, facinorum repertores, cui ingenioſa gula fuit, deliciorum arbitri, monſtroſi concubitus repertores *Sueton* Tiber. c. 43.]

31. Ασυνετοι uniuerſe accipio, *homines improbi. Vitioſitas a ſtupore* dicta. cf. hebr. נבל Deut. 32, 21. Suidas et Phauorinus interpretantur: ασυνειδητος, quod quoad ſenſum ſaltem eodem redit: *gewiſſenlos.* De vſu tamen loquendi dubito. Poſſes etiam conferre LXX ad Pſ. 119, 158. vbi בגדים *perfidi*, dicuntur ασυνετουντες; niſi ſuſpicio eſſet, legendum ibi ασυνθετουντες. cf. Aquila ad eum l. Ασυνθετος hebr. בגד cf. Ier. 3, 8. 10. 11. Suid. οἱ ταις συνθηκαις μη εμμενοντες, ας αν προς τινα συνθωνται. Opponitur ei ευσυνθετων, *fidem ſervans.* Polyb. Exc. leg. 35 p. 1166. Ασυνετος ασυνθετ. Paronomaſia Apoſtolo ſollennis. cf. v. 28. δοκιμαζειν, αδοκιμος νους. 29. Φθονος, Φονος add. 2. 1. 5, 19. 12, 3. 2 Cor 4, 8. Αστοργος. Suid. απηνης κ. αΦιλος. Heſych. μη αγαπωντες τινας. στοργη, Φιλια αγαπη. Inprimis de *affectu naturali* dicitur, *quo trahimur in parentes, liberos.* Refer igitur ad γον. απειθεις Ασπονδοι, *foedifragi.* Sic nihil differt ab ασυνθετοι. vid var. l. Poſſunt tamen etiam eſſe homines, *qui reconciliari et placari ſe non patiuntur* vt πολεμος ασπονδος dicitur *bellum internecium.* Polyb. I, 65. add. Philon. de Carit.

T. II

ας· οἵτινες τὸ δικαίωμα τοῦ Θεοῦ ἐπιγνόντες, 32
τι οἱ τὰ τοιαῦτα πράσσοντες ἄξιοι θανάτου εἰσὶν,
οὐ

.II.p.397,18. οἱ του συμπαντος νθρωπων γενους ασπονδοι ολεμιοι. Hesych. ασπονδοι, χθροι, αγριοι. Suid. ασπ. διαλλακτοι, μνησικακοι. Ex ac ratione apte inuicem ιncti essent αστοργοι et α-σπονδοι, vt alias, cf. 2 Tim. , 3.

32. το δικαιωμα θ. respon-et vocc. hebraeis משפט Ex-d. 21, 31. חק Ex. 15, 25. 26. חק Leuit. 25, 18. מצוה Deut. o, 16. פקוד Pf. 19, 9. om-ia uniuerse significant: *quic-uid Deus statuit, decernit, ubet.* Vnde tum ad *leges,* um ad *sententias decretorias udicis* transfertur. h. l. *das Jrtheil* i. q. 2, 2. 3. κριμα di-itur, 2, 5. δικαιοκρισια, et 2 h. 1, 5. δικαια κρισις. Iudi-ium vero ipsum comprehen-um est verbis, quae sequun-ur: ὀτι-εισι. quod vt luculen-us appareret, parenthefeos gna, quibus solebant ista in liis edd. seiungi, cum Ben-elio deleuimus. Τοιαυτα, um *ante enumerata,* tum *fi-ilia istis.* Ὀτι αξιοι θανατου σι כי בני מות המה 2 Sam. 2, 5. *pereundum esse iis.* h. x hebraeorum, quamlibet *mi-eriam,* inprimisque *poenas iuinas mortis,* nomine com-prehendendi more: (Gen. 2, 17. Ios. 1, 18.) *poenas gra-vissimas inflictum iri ipsis a Deo.* Επιγνοντες Nititur haec του δικ. επιγνωσις sensu omni-bus hominibus communi, *a-versari Deos impietatem et improbitatem quamlibet;* e cuius vestigiis, inter omnes gentes conspicuis, vel hoc vnum suffecerit: quo sollen-ne est gentibus quibusuis, in calamitatibus singulis tum pri-vatis tum publicis, semper poenas numinis irati, flagitiis-que humanis ad mala immit-tenda concitati, quaerere, ad easque declinandas aut miti-gandas numen sacrificiis et supplicationibus placare. Ου μονον - συνευδοκουσι. „Non „tantum ipsi affectibus indul-„gentes in facinora eiusmodi „inconsiderato quodam animi „impetu tanquam vi abripiun-„tur; quod excusari quodam-„modo posset; verum etiam „ita sunt ad omnem improbi-„tatem abiecti, vt, si ipsos ni-„hil iuuet esse facinorosos, „tamen delectentur aliis idem „flagitium patrantibus, eos „probent, excusent, laudent.„ Συνευδοκειν Hes. συγκοινωνειν. cf. Luc. 11, 48. Act. 8, 1. 22, 20. Chrys. ξυμπραττεις, επαι-νεις.

 Iam

οὐ μόνον αὐτὰ ποιοῦσιν, ἀλλὰ καὶ συνευδοκοῦσι τοῖς πράσσουσι.

Δι

Iam hoc loco desinunt ea, quae de Ethnicor., quales isto tempore *magna ex parte* erant, impietate, cum eaque coniunctis sceleribus quibusvis, scribere Apostolus volue- rat. In quibus omnibus inprimis *hoc* non est praetermittendum, scripta ea omnia maxime eo consilio videri, vt viam sibi muniret Ap. eo faciliorem et certiorem, ad improbitatem et scelera Iudaeorum plane similia (ne iis quidem, quae v. 26 et 27. commemorata fuerant, exceptis. vid. Schabb. fol. 65, 1. *Mulieres frictrices illegitimae sunt ad sacerdotium*) eo maiori cum vi reprehendenda. Quod enim in Ethnicis vituperare non dubitabant Iudaei ipsi, idem quomodo in se ipsis excusari vlla ratione posse existimarent, nihil iam supererat. Idem vero *consilium* Apostoli si teneamus, vel hinc apparebit, quod supra iam monitum fuit, in singulis effatis illis, quae extra hunc contextum lecta paullo duriora videri possint: *posse* Ethnicos Deum verum cognoscere, sed *scientes volentesque* eum repudiare, hincque *merito* poenas dare Deo debere et s. p. non verbis singulis nimium esse inhaerendum, sed in benigniorem et mitiorem sententiam ea omnia commode intelligi et explicari posse. Nempe, erat haec Ethnicorum reprehensio illa ipsa, quae *Iudaeorum* ore aduersus *non-Iudaeos omne* perpetuo terebatur. (cf. ad 2, 1. inprimis vero locum in hoc genere classicum Sap. 14, 9-31.) Quibus ipsis Iudaeorum effatis, etsi, si ad subtilitatem philosophicam omnia reuoces, non satis accurate definitis et circumscriptis, vtitur Apostolus, quo felicior successu *easdem* reprehensiones conuertere in *Iudaeos* posset. [Popularium enim superstitionem aeque, ac mores perditos ab apostolo neutiquam defendi, ex iis, quae sequuntur, satis perspecta habemus. Cauendum tamen est, ne in gentiles Paulo coaeuos paulo aequiores, totum orationis consilium negligamus, in eo, nisi omnia fallant, positum, vt *polytheismum* et creaturae cultum, siue cognitionem numinis, non sana ratione, sed imaginando conceptam primum erroris de summo bono et de officiis, deinde vitiorum facinorumque omnium vberrimum fontem esse doceat. Huic autem sententiae omnino inhaerendum,

Διὸ ἀναπολόγητος εἶ, ὦ ἄνθρωπε πᾶς ὁ κρί- II
ν· ἐν ᾧ γὰρ κρίνεις τὸν ἕτερον, σεαυτὸν κατα-
ίνεις· τὰ γὰρ αὐτὰ πράσσεις ὁ κρίνων. οἴδα- 2
ν δὲ, ὅτι τὸ κρίμα τοῦ Θεοῦ ἐστὶ κατὰ ἀλή-
θειαν

n, neque eos audiendos putamus, qui de arctissi-, quod inter monotheis-m veramque virtutem in-cedit, vinculo dubitaturi nt.]

Cap. II. 1. Transit igitur iam ad *Iudaeos*, eosque tantum simili, sed *peiori m conditione* esse, pluribus firmat. 1-24. Qui pri- 16 vv. adhuc de *gentibus* nonem esse putant, quo-do cum v. 4. 5. 9. 10. 12- hanc sententiam concilia-posse sibi videantur, non aret. Διο pro αλλα δὴ αυ-τουτο. Ω ανθρωπε πας ὁ *Iudaeos*, non vero, cum tio *magistratus Romanos*, cum Clerico *philosophos icos* esse intelligendos, nis loci contextus necessa-postulat. Sed caute et le-r agit Ap., quod expresse dum nominet Iudaeos, demum facit v. 17.) de-ptione tamen eorum tali ur, vnde ipsi non pos-intelligere, ad se inpri-omnia pertinere. Verte: *squis tandem tu sis, qui s poenis diuinis dignos esse confidenti animo pronun-ciias.* Oʿ κρινων sc. τα εθνη nempe eo modo, iisque ver-bis, quae, vt a Iudaeis sole-bant adhiberi, Ap. ipse repe-tierat: adde morem Iudaeo-rum Ethnicos simpliciter ap-pellandi ἁμαρτωλους. vid. ad Gal. 2, 15. Εν ᾧ sc. πρα-γματι. hebr. באשר cf. 8, 3. Est tamen simpliciter vertend. *dum.* Κρινειν i. q. κατακρι-νειν, *reum poenisque diuinis dignum declarare.* Matth. 7, 1. Ioh. 3, 17. hebr. האשימם Ps. 5, 11. et שפט *punire.* Ezech. 7, 8. alibi. Possit ta-men hoc loco etiam sensu vulgari accipi: *diiudicare al-terum*, quamuis ex contextu semper de *iudiciis infestis* sit cogitandum. Τα αυτα - ὁ κρι-νων pro: τα αυτα - εν οἷς (ὧν ἑνεκα) κρινεις sc. αυτα τα εθνη.

2. Οιδαμεν. prima pl. pers. iam clarius indicat Iudaeos esse, quibuscum agat Aposto-lus. *Nos vero Iudaei accu-rate et luculenter perspectum habemus.* Το κριμα του θεου εστι κατ-mere hebr. משפט יהוה על pro, κριθησονται παρα θεου παντες. Κριμα משפט *poenas* significare, synony-mum της οργης 1, 18. et του

3 θειαν ἐπὶ τοὺς τὰ τοιαῦτα πράσσοντας· λογίζ
δὲ τοῦτο, ὦ ἄνθρωπε, ὁ κρίνων τοὺς τὰ τοιαῦτ
πράσσοντας, καὶ ποιῶν αὐτὰ, ὅτι σὺ ἐκφεύξῃ τ
4 κρίμα τοῦ Θεοῦ; ἢ τοῦ πλούτου τῆς χρηστότη
τος αὐτοῦ καὶ τῆς ἀνοχῆς καὶ τῆς μακροθυμίο
καταφρονεῖς; ἀγνοῶν, ὅτι τὸ χρηστὸν τοῦ Θεοῦ ε
μετο

κατακριματος 3, 8. 5, 16. 18. certum. cf. Ezech. 30, 19. ortus modus loquendi ex eo, quod Deus in beandis puniendisque hominibus, iudicis, ſententiam de throno dicentis, perſonam agere Hebraeis exiſtimatur et dicitur, Κατα την αληθειαν l. referri poteſt ad κριμα; tum eſt pro κριμα αληθινον, משפט באמת *poenae iuſtae, ab omni cupiditate alienae.* cf. Prov. 29, 14. I. iungi verbo εστι. tum vero loco aduerb. αληθως poſitum, vertendumque erit, *certo, haud dubie.* [ὁτι θεος αληθωςκατακρινει τους τοιαυτα πρ.] Sic ſaepe Polyb. vid. 16, 19. p. 1029. exc. leg. 94. p. 1285.

3. cf. ſententiam ſimilem Diophili ap. Grot

Οιει συ, τους θανοντας, ω Νικηρατε,
Τρυφης ἁπασης μεταλαβοντας εν βιῳ
Πεφευγεναι το θειον;

Λογιζεσθαι, *putare*, λογ. δε τουτο *und doch kannſt du wähnen?*

4. 5. Arcte iunximus, i terpunctione vulgari ſublat H mera part. interr. non ve tenda *oder*; ſed iungen verbo καταφρονεις, *wie? wagſt es zu verachten?* Χρ στοτης, ανοχη, μακροθυμ fere ſynonyma: aucta in cem, vt *immenſa* erga hon nes benignitas et indulgen deſcriberetur. cf. Exod. 34, Πλουτος της χρηστ. החסד Pſ. 5, 8. Exod. 34, 3. רחמים Pſ. 69, 17. cf. 9, 11, 33. Eph. 1, 7. 18. 2, 4. 3, 16. Col. 1, 27. ſimili Simplicius ad Epictet. Ὑπ βολη του πλουτου της αγα τητος του θεου. Αγνοων, n *attendens*, ex populari quendi vſu. Το χρηστον i. ἡ χρηστοτης, ſimiliter Ae nus permutat inuicem το λοιπτιρμον et την χρηστοτη V, H. I, 30. Μετανοια, r *piſcentia* a μετανοειν, *ad liorem mentem redire.* reſp det hebr. נחם Ier. 8, 6. in q tamen verbo inprimis not nem *doloris*, quo *poenitet minem vitae ante actae*, c tineri non eſt diffitendum.

ετάνοιάν σε ἄγει, κατὰ δὲ τὴν σκληρότητά 5
ου καὶ ἀμετανόητον καρδίαν θησαυρίζεις σεαυτῷ
ργὴν ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς καὶ ἀποκαλύψεως καὶ δι-
καιο-

VARIAE LECTIONES.

v. 5. και (quod in vulgg. edd. deeſt) addunt codd. D. ex em. 12. 14. 17. 18. 19. 21. 23. 26. 28-31. 34. 37. 39. 41-44. 46. 47. 52. 57. 61-63. 65-69. Edd. *Er.* 1. *Ald. Steph.* 1. 2. *Hault. Compl. Vech. Plant. Genev. Beng*. Verſl. *Syr.* poſt. *Aeth. Ar.* pol. *Ephr. Iſ. Orig. Chryſ. Nyſſ. Baſil. Cyr. Theodoret. Theodor.* ſtudit. *Eu-al. Oecum. Theoph. Theodul. Pacian. Martin. papa.* probb. *Millio Wetſt.*

sitae nunc laetus profitetur. ευχαριστω, si vera lectio est, vid. ad 1 Th. 1, 3. δια Ιησου Χ. ad ευχαριστω ref. *gratias ago Deo ea animi confidentia et* παρρησιᾳ, *qua quisque Christi sectator ad Deum precandi ius habet* i. q. alias dicitur εν ονοματι Χ. cf. ad Eph. 5, 20. Αρα ουν *iam igitur*, *atqui.* αυτος εγω (2 Cor. 10, 1. 12, 13. Luc. 24. 39.) tantum ad τῳ μεν νοι est referendum, non ad σαρκι cf. v. 17. 20. De vocibus νους, νομος θεου, νομος ἁμαρτιας vid. ad vv. 20. 22. 23. τῃ δε σαρκι νομῳ ἁμαρτιας *etiamsi contra animi mei voluntatem saepius me peccare, non est diffitendum.*

Atque sic quidem totum hoc difficillimum caput facili quadam ratione, explicari et constitui posse, nobis videbatur. Vnde simul non conditionem *hominis improbi* (*irregenitum* dicunt) sed *hominis cuiuslibet*, ne *viro* quidem *optimo legumque diuinarum amantissimo* (*regenitum* dixerint) excluso, describ eodem apparet. Qui contra sentiunt, *Baumgarten*, *Heumannus*, *Zachariae* (Bibl. Theol. Th. II. p. 429 sq.) haerent *partim* in formulis σαρκικος ειμι, πεπραμενος ὑπ ἁμαρτιαν v. 14. *partim* in iis quae de *sua ad recte agendum imbecillitate et impotentia* vv. 16. 18. 19. Apostolus conquestus fuerat: quae singula tamen de *piis* etiam *honestisque viris* (maxime quum ipsi de se loquuntur) sine vlla dubitatione frequentari posse, atque adeo, vt quisque est optimus virtutisque deditissimus vir ita lubentissime et constantissime quemlibet de se ipso dicere etiam solere, ad loca ipsa declarauimus. [Conf. exc. E.]

VIIIvum Caput arcte cohaeret cum v. 25. Capitis VIImi

κατὰ σάρκα περιπατοῦσιν, ἀλλὰ κατὰ πνεῦμα.
ὁ γὰρ νόμος τοῦ πνεύματος τῆς ζωῆς, ἐν Χριστῷ 2
Ἰησοῦ ἠλευθέρωσέ με ἀπὸ τοῦ νόμου τῆς ἁμαρ-
τίας

VIImi. Pergit Ap. declara-
e, *se omnesque Christianos*
ad *singulos* enim nunc trans-
ert, quae 7, 25. de *se ipso*
olo profeſſus fuerat, mutato
ingulari in pluralem) *Chri-
to eiusque morti et religioni
inice debere hoc, quod vitam
piam metuque poenarum diui-
narum exemtam nunc viuere
possint.* ουδεν αρα ουν κατακρ.
— *nullae igitur amplius poe-
nae metuendae ſunt hominibus
vere Christianis*; nempe: *quia
per Christum liberati ſunt pec-
cati imperio.* vid. v. 2-4. κα-
τακριμα *poenas ipſas peccato-
rum* eſſe vid. ad 5, 16-18.
i. q. θανατος. v. 2. Poſſit ta-
men etiam ουδεν κατακριμα
etiam ſic reſolui: ουδεν το της
κατακρισεως αξιον: *nihil eſt in
ipſis, propter quod poenae di-
uinae iis ſint metuendae.* Sen-
ſus manet idem, dummodo,
quae eſt vtique v. 2 et 3tii
ſententia, ad *Christi mortem*
omnia vnice referantur. οἱ εν
X. Iησου ſc. οντες. *Christi veri
ſectatores.* 1 Io. 2, 5. 3, 6.
5, 20. Io. 15, 7. coll. 10.
μη κατα σαρκα — πνευμα.
Si vel genuina haec iudicen-
tur (vid. v. l.) non tamen,
quod L. *Bos* fecit, ad τοις
εν X. I., ſublato poſt Ιησου
commate, ſunt referenda
(vid Carpzov. Strict.), ſed de
*conditione, qua ſola immunita-
tem a poenis diuinis exſpectare
licet Christianis*, interpre-
tanda. Sententiam formulae
explicatam vid. ad v. 4.

2. νομος του πνευματος i. q.
νομος του νοος. 7. 23. non *lex*,
nec omnino *doctrina* ſ. *reli-
gio* (vid. opp. νομος αμαρτιας)
ſed *vis ſpiritus impellens et
excitans hominem ad recte
agendum.* πνευμα *ſpiritus di-
vinus*, quem *eſſe*, et *vim
ſuam exſerere in quouis homi-
ne Christiano*, perpetua eſt
Apoſtoli doctrina. cf. ad Gal.
Exc. 5. πνευμα της ζωης i.
q. πνευμα ζωοποιουν. Alii του
πνευματος της ζωης inuicem
diſtingunt, vt ſit Aſyndeton:
lex, Spiritus vitae pro νομος
του πνευματος, και της ζωης.
Prouocant hi ad oppoſitum
νομ. της αμαρτιας κ. του θανα-
του. ζωη vel *vita ipſa* vt ſit
πνευμα ζωης *ſpiritus, per
quem et Christus in vitam
rediit et Christiani olim redi-
bunt*; vel ευδαιμονια *felicitas*
quod praefero, propter oppo-
ſitum θανατος. εν Χριστῳ Ιη-
σου, poteſt vel ad ζωη referri
felicitas per Christum parta,
(ſcribi

3 τίας καὶ τοῦ θανάτου. Τὸ γὰρ ἀδύνατον τ
νόμου, ἐν ᾧ ἠσθένει διὰ τῆς σαρκὸς, ὁ Θεὸς τ
ἑαυτ

(fcribi tamen fic debuiffet της εν X. 1.) vel ad νομος imperium Spiritus, quo regitur, quisquis eſt Chriſtianus (etiam fic poft ζωης repetendum fuiffet ὁ) vel denique ad ηλευθερωσε, fublato, quod ipfi in textu fecimus, commate poft Ιησου. per Chriſtum Ieſum, quae eſt gratia Ieſu Chriſti, liberat me Spiritus et ſ. p. ηλευθερωσε με απο — θανατου liberat me a tyrannide vitioſitatis mortisque h. facit, vt nec peccem amplius, nec, ſi quando peccauerim, poenarum diuinarum metu excrucier cf. 1 Io. 1, 7 – 2, 2. et 3, 9. Theodoretus: ου μονον της ἁμαρτιας την δυναστειαν κατελυσεν, αλλα και του θανατου την τυραννιδα κατεπαυσεν. με rurfus ad ſe transfert, quae Chriſtianis quibusuis veris et piis erant communia cf. ad 7, 7. νομος της ἁμαρτιας vis, tyrannis peccati, qua homines improbos opprimit (i. q. νομος εν τοις μελεσιν 7, 23.) και του θανατου et per peccatum in atrociſſimam miſeriam hominem detrudit. [Si recte iudicamus, oratio in hunc modum contexenda erit: ὁ γ. νομος πνευματικος και ζωοποιων χριστου η. μ. α. τ. νομου ἁμαρτιαν και θανατον κατεργαζομενου VII, 8. lex ſpiritu lis et beans Chriſti liberat me a lege Moſaica peccati excitante cunctisque calamit tibus me inuoluente.]

3. *Quum enim per leges mo homines vel emendari vel m tu poenarum diuinarum lil rari propter ipſam hominu vitioſitatem non poſſent; nu ipſius Chriſti morte effectu eſt, vt homines Chriſtiani pa tim pietati et virtuti felici ſtudere, partim, ſi per natur ſuae imbecillitatem adhuc p cent, de gratia Dei, a pc nis diuinis immunitate, c ternaque felicitate certi e poſſint.* Comparantur fingu haec Chriſti eiusque religi nis beneficia cum Moſſ. legi tenuitate et ad impunes re dendos beandosque homin infirmitate; quo luculenti iſtius beneficii diuini magı tudo hominibus Iudaeis, Moſaicam religionem omı referre folitis, innotefcat. γαρ αδυνατον: aut eſt in l nominatiuus abfolutus pr δια το του νομου αδυνατον ειν δια την του ν. αδυναμιαν, c legum diuinarum vi effici non poterat; aut, quod fa lius effe videtur, anacoluth ſtatuendum, poſtque θεος ſu plendum εποιησε l. ποιησ μελλ

αὐτοῦ υἱὸν πέμψας ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρ-
ίας, καὶ περὶ ἁμαρτίας κατέκρινε τὴν ἁμαρτίαν
ἐν

ελλων ποιειν. *Quod leges ficere non poterant, Deus oc efficere decreuit.* νομος . l. rurfus funt *leges ipfae iuinae* inprimis *Mofaicae*, ο αδυνατον του νομου pro ὁτι ν αδυνατον ην τω νομω *id, uod leges efficere non pote- ant*, np. *vt homines melio- es felicioresque redderent*. cf. Act. 13, 39. ουκ ηδυνηθητε ν τω νομω Μωυσεως δικαιω- ηναι Gal. 3, 21. νομος ου υναμενος ζωοποιησαι. εν ω eb. באשר pro διοτι, οὑ ἑνεκα *iquidem, quia, quatenus.* f. ad 5, 12. ησθενει ὁ νο- ιος δια της σαρκος. *vis, quae er fe ineft legibus quibusuis liuinis, vt impediant praui- atem miferiamque humanam, racta eft ipfa hominum vitio- itate, quae quidem non tan- um non coerceri fe patitur le- ibus, fed occafionem adeo plus eccandi ab iis repetit.* vid. 7, 7 - 13. de formula ησθενει νο- ιος cf. Hebr. 7, 18. το ασθε- νες της εντολης Matth. 26, 16. σαρξ ασθενης. De voce σαρκος (*vitiofitas et imbecilli- as humana*) cf. ad 7, 18. ΤΟΝ ΕΑΥΤΟΥ ΥΙΟΝ πεμψας en! quanta fit benignitatis diuinae magnitudo cf. v. 32. εν ὁμοιωματι — ἁμαρτιας pro εν σωματι ὁμοιω τω των λοι- πων ανθρωπων ΑΜΑΡΤΩ-ΛΩΝ σωματι. h. *corpus non ipfum obnoxium peccato, qua- le eft caeterorum hominum, reliqua vero fimile corpori humano.* Philipp. 2, 7. Hebr. 2, 17. 4, 15. Grotius formu- lam εν ὁμοιωματι — fic acci- pit, *vt tractaretur fic, quem- admodum nocentes tractari folent.* Ef. 53, 12. Marc. 15, 28. και περι (pro ὑπερ vid. ad Gal. 1, 4.) ἁμαρτιας fc. προσφοραν, θυσιαν hebr. חטאת quod περι ἁμαρτιας vertunt LXX. Pf. 40, 7. Num. 8, 8. Leuit. 6, 25. add. Hebr. 10, 6. 2 Cor. 5, 21. Philo de victim. p. 837 D. 843 A. fqq. verte igitur περι ἁμ. *ad expianda peccata.* Nifi enim piaculum offeratur Deo, pec- cata hominum condonari non poffe, conftans eft V. et N. T. doctrina. Hebr. 9, 22. χωρις αἱματεκχυσιας ου γινε- ται αφεσις. κατεκρινε την ἁμαρτιαν εν τη σαρκι: Vulgo fuppletur αὐτου quod non eft neceffe, quum ἡ σαρξ uniuerfe *humanitas, natura humana, homo ipfe* verti (cf. ad Gal. Exc. 9.) et tamen *humana eaque imbecilla et humilis Chrifti in terris conditio* in- telligi poffit. *Er ftrafte die Sünde an einem Menfchen, an einer Menfchen - Natur.* Alii ἁμαρτιαν εν σαρκι iun- gunt

4 ἐν τῇ σαρκί· ἵνα τὸ δικαίωμα τοῦ νόμου πλη-
ρωθῇ ἐν ἡμῖν, τοῖς μὴ κατὰ σάρκα περιπατοῦσι
ἀλλ

gunt pro: την εν τη σαρκι οικουσαν 7, 17. 18. 25. *Die Sünde, die Frucht des Körpers.* Sed την ante εν σαρκι deesse sic non poterat. κατακρινειν την ἁμαρτιαν εν τινι *punire peccatum in aliquo* h. *poenas iustas peccatorum sumere ab aliquo.* Grotius, quem fere omnes interpretes sequi video, simpliciter: *interficere* h. *vim adimere, perdere;* neglecta *poenae* notione, quae tamen, quantum memini, semper inhaeret verbo κατακρινειν, etiam 2 Petr. 2, 6. [Locus propter accusatiuum absolutum, vel propter anacoluthon obscurus hac ratione expediendus esse videtur: του γαρ νομου ατελειωτου οντος δια την ασθενειαν σαρκος, ὁ θεος κατεκρινε τ. ἁ. ε. τ. σ., πεμψας τον ε. ὑ. σωματι ἁμαρτιας κατα σαρκα ὁμοιον και αυτον προθεμενος ἱλαστηριον περι ἁμαρτιας. *Quum enim lex Mosaica propter imbecillitatem carnis humanae perfici non potuisset, Deus misit filium humani corporis, ad peccatum propensi, forma amictum, vt eo ad expianda hominum peccata oblato, de peccato ipso poenas sumeret in corpore.*]

4. *Vnde sequitur, quum peccatorum, quaecunque tandem commiserimus, poenas tuler Christus, vt felicitas, qua leges promittunt, continger nobis possit; dummodo no amplius cupiditatibus improbi obsequamur.* και *atque ade* το δικαιωμα του νομου vel es *quicquid leges diuinae postu lant* cf. ad 1, 32. (tum πληρου το δικαιωμα v. vertendum est *seruare praecepta legis;* prae terea εν ἡμιν pro δι' ἡμων ac cipiendum; sensusque formu lae ita constituendus: *lu Christus peccatorum nostro rum poenas, vt nos grati an mi sensu compulsi, eo lubentiu et constantius legibus diuini obsequeremur;* denique i his: τοις μη — κατα πνευμ tantum vberior hominis πλη ρουντος το δικαιωμα descripti quaerenda: *viuentes nemp non secundum vitiositatis no strae libidinem, sed spiritu diuini impulsum*) vel sunt δι καιωμα *ipsa praemia, qua lex bonis promittit* (ὁ ποιησα αυτα ζησεται εν αυτοις Leuit. 18, 5.) cf. ad 5, 16. tum πληρουται εν ἡμιν idem eri quod συμβαινει ἡμιν. *vt con tingere nobis posset felicita ea lege promissa, (dass an uns erfüllet würde des Ge setzes Verheissung):* et quae sequuntur, τοις μη — de con ditione accipienda, *sub qu sola*

λλὰ κατὰ πνεῦμα. Οἱ γὰρ κατὰ σάρκα ὄντες, 5
ὰ τῆς σαρκὸς φρονοῦσιν· οἱ δὲ κατὰ πνεῦμα, τὰ
οῦ πνεύματος. τὸ γὰρ φρόνημα τῆς σαρκὸς, θά- 6
νατος.

la hunc redemtionis Chrifti uctum nancifci poffimus: ονον, μη — περιπατησωμεν *odo ne cupiditatibus noftris rauis indulgeamus.* Equi-em praefero rationem hanc, im propter nexum cum v. periori faciliorem, oppofi-ique κατακρινειν v. 3. et κα-κριμα v. 1. (coll. 5, 16.) im propter εν ἡμιν, cuius iterpretatio ex priori ratione imodum impedita videtur. lii denique feruata fignifi-atione του δικαιωματος prio-, ἱνα πληρωθη εν ἡμ. ita ver-int: *vt tales iam repute-ur effe, qui accurate fatisfe-rint praeceptis diuinis*, (np. *uia, quicquid etiamnum ma-agimus, id non imputatur obis, fed* κατεκριθη εν Χριστω. acharias: *damit die Rechte es Gefetzes, welches Sün-er zum Tode verurtheilt, in hrifto an uns vollzogen wür-en, und folglich fein verdam-endes Urtheil von uns auf-ehoben würde*) quam ratio-em magis e dogmatico fy-emate repetitam, quam ad ibtilem verborum fingulo-im interpretationem gram-aticam inftitutam effe cui-s apparet: περιπατειν (ζην *itam agere* hebr. הלך) ατα τινα h. κατα θελημα τινος, *obfequi alteri, neque id inuitum, fed animo deliberato facere.* [Δικαιωμα fupra op-ponitur τῳ παραπτωματι V, 18. Noftro loco, effectu pro caufa alternante, eft *prae-mium legis impletae.* In Chrifti morte itaque *condem-nationem peccati adumbratam videmus* v. 3., hoc nimirum confilio, *vt doctrinam euan-gelicam factis exprimentes atque beati effe queamus, ac fi omnibus legibus Mofaicis a nobis fatisfactum effet.*]

5. οἱ κατα σαρκα οντες i. q. v. 8. οἱ εν σαρκι οντες (cf. vrbs κατειδωλος Act. 17, 16.) vid. ad 6, 5. periphrafis *ho-minum non-Chriftianorum.* cf. formulas quodammodo fi-miles ψυχικον ειναι 1 Cor. 2, 14. σαρκικον ειναι 1 Cor. 3, 3. κατα σαρκα κρινειν Io. 8, 15. Φρονειν τα τινος *confentire cum alterius voluntate et ftu-diis.* Matth. 16, 23. Phil. 2, 5. οἱ κατα πν. pro οἱ εν πνευ-ματι. defcriptio *Chriftiano-rum*, quia in iis eft πνευμα θεου. De fententia cf. 7, 5. Io. 3, 6.

6. Cf. v. 13. inprimisque Gal. 6, 8. Φρονημα Hefych. βουλημα, θελημα hebr. יצר.

Φρονημα

νατος· τὸ δὲ φρόνημα τοῦ πνεύματος, ζωὴ κα
7 εἰρήνη. Διότι τὸ φρόνημα τῆς σαρκὸς, ἔχθρα ει
Θεόν· τῷ γὰρ νόμῳ τοῦ Θεοῦ οὐχ ὑποτάσσετα
8 οὐδὲ γὰρ δύναται· οἱ δὲ ἐν σαρκὶ ὄντες, Θεῷ ἀρε
σα

φρονημα της σαρκος i. q. παθηματα των ἁμαρτιων 7, 5. φρονημα του πνευματος i. q. νομος του πν. v. 2. γαρ non iungit haec superioribus, sed ad alterum membrum το ΔΕ φρονημα est referendum pro: αλλα το μεν φρονημα της σ. – το δε φρ. του πν. De vocibus θανατος et ζωη vid. ad 6, 2. ειρηνη synon. ζωης. hebr. שלום cf. ad Gal. 1, 3. 1 Thess. 5, 23.

7. 8. Arcte iungendi versui superiori. *Rationem* enim continent, *cur miseria sequatur improbitatem hominum*. διοτι *quippe, siquidem*. το φρονημα — εχθρα abstracta pro concretis posita, pro: ὁ φρονων κατα την σαρκα εχθρον αποδεικνυται [αποδεικνυσι] ἑαυτον εις θεον, τῳ θεῳ *aduersarium se praebet Deo*. cf. Iac. 4, 14. Philo de opif. M. p. 16. C. επειδαν και ταυτα της εχθρας θεῳ, κακιας, αμοιρει. νομος του θεου *praecepta diuina prauis libidinibus aduersa*. ὑποτασσεσθαι νομῳ *obsequi legibus* 10, 3. ουδε γαρ δυναται potest *populariter* intelligi: *quisquis vitiositati indulget, is non potest recte agere*, sensu hoc *virtutis studium tantis difficultatibus obseptum est, ut malit improbus negligere illud, quam cum lucta vincere has*. cf. formulas simile Matth. 19, 24. Hebr. 6, Potest vero etiam *sensu maxime proprio* accipi; *Quod indulget libidini prauae*, NON POTEST *pie in Deum agere*. Simulac enim coeperit, pietate in deum honestique sensu commotus, infringere cupiditates iniquas, tum vero desiit esse εν σαρκι, iamque secundum Paulli doctrinam vim πνευματος ἁγιου experitur. cf. ad 1 Cor. 2, 14. 1 Io 3, 9. δε versu 8vo pro ουν deducuntur enim haec e superioribus. αρεσαι (ab αρεσκω αρεω) ου δυνανται. quippe sunt *rebelles erga deum*, εχθροι εις θεον, *non obsequentes praeceptis eius*. οἱ εν σαρκι οντες i. q. οἱ κατα σαρκα οντες v. 5 οἱ σαρκικοι h. *homines praui cupiditatibus indulgentes*. [Videmus itaque, hominem ex sententia apostoli non coec et absoluta, sed hypothetic necessitate ad peccandum ab ripi, quatenus nimirum φρο νει τα της σαρκος. Virtu contr

αι οὐ δύνανται. Ὑμεῖς δὲ οὐκ ἐστὲ ἐν σαρκί, 9
λλ' ἐν πνεύματι, εἴπερ πνεῦμα Θεοῦ οἰκεῖ ἐν
μῖν. εἰ δέ τις πνεῦμα Χριστοῦ οὐκ ἔχει, οὗτος
ὐκ ἔστιν αὐτοῦ. εἰ δὲ Χριστὸς ἐν ὑμῖν, τὸ μὲν 10
ῶμα νεκρὸν δι' ἁμαρτίαν, τὸ δὲ πνεῦμα ζωὴ διὰ
δικαιο-

ontra e recta legum cognitione suspensa est.]

9. Quae hactenus *uniuerse* sputata fuerant, nunc transruntur ad *Romanos ipsos*. τε *indicatiue* accipiendum mperatiuus requisiuisset μη τε,) *vos vero confido esse hoines tales, qui non* σαρκι d πνευματι *obsequantur*. ειερ — ὑμιν h. *si quidem vet toto animo vestro estis hristiani* cf. de hac Spiritus uini in omnes Christianos , ad Gal. Exc. 5. πνευμα εου ΟΙΚΕΙ εν ὑμιν (tanquam *templo*. olim deus 2 Sam. , 6. cf. 2 Cor. 3. 16. 6, .) h. *vim suam exserit in entibus Christianorum* 2 Cor. , 16. 2 Tim. 1, 14. Eph. , 17. Iac. 4, 5. πνευμα ριστου idem illud πνευμα γιον, quod modo πν. ΘΕΟΥ icebatur. cf. 1 Petr. 1, 11. uo sensu *Christi* dicatur, d. ad Gal. Exc. 5. p. 104. ι δε τις — εστιν αυτου h. *quis externa tantum specie t Christianus, ideoque spiitu diuino, qui ad honesta uaeuis necessario ducit hoinem atque impellit, destituitur, nulla hunc spes manet felicitatis olim in regno Messiae obtinendae*. ειναι του χριστου *cum Christo ita iunctum esse, vt certus sis de felicitate aeterna*. est formula Ioanni inprimis sollennis Io. 14, 20. 1 Io. 2, 5. 6. 28.

10. Sententia eadem, quae 7, 25. fuerat. *Quisquis est verus Christianus, is, quantumuis corpore ad peccandum procliui, misero et mortali vtatur, tamen per spiritum diuinum, qui in eo operatur, studet virtuti, aeternamque felicitatem certo exspectat*. cf. 1 Cor. 5, 5. 2 Cor. 4, 10. 11. σωμα et σαρξ synonyma, *corpus, sedes vitiositatis*. πνευμα vel *animus Christiani* vel Spiritus diuinus ipse. νεκρον non *mortuum* tantum vel *moriturum, morti obnoxium, mortale* (cf. Symmach. Gen. 2, 17. מות θνητον ειναι et Arrian. Epict. 3, 10. το σωματιον, το ουκ εμον, το φυσει νεκρον.) sed omnino *miserum* ex significatione του θανατου supra constituta, *morte* tamen *naturali* non exclusa. cf. 7, 24.

σωμα

11 δικαιοσύνην. εἰ δὲ τὸ πνεῦμα τοῦ ἐγείραντος Ἰη-
σοῦν ἐκ νεκρῶν οἰκεῖ ἐν ὑμῖν, ὁ ἐγείρας τὸν Χρι-
στὸν

σωμα του θανατου τουτου. Forte etiam νεκρον *vi carens, imbecillum, unwirksam, ohnmächtig* cf. Iac. 2, 17. 20. 26. Similiter ζωη vel eſt ευδαιμονια, incluſa tamen *immortalitatis* etiam notione, vel *vita* h. *vis agendi, Wirkſamkeit, Thätigkeit.* Denique πνευμα ζωη vel eſt ζωην διδουν, ζωοποιουν *auctor vitae* (ſi πν. de ſpiritu diuino intelligitur) vel πνευμα ζων h. vel ενεργουν vel ευδαιμον (ſi ad *animum* refertur.) cf. Philo de prof. p. 459 A. ὁ δε αγαθος εστι Ἡ ΑΡΕΤΗ και Ἡ ΖΩΗ, ὁ δε κακος ΘΑΝΑΤΟΣ. ἁμαρτια *vitioſitas, poenis diuinis digna.* δι᾽ ἁμαρτιαν *propter vitioſitatem,* quippe cauſam tum *impotentiae ad recte agendum,* tum *miſeriae humanae.* cf. 5, 12–19. δικαιοσυνη ſiue *virtus* ſiue *gratia Dei* vertatur (vtrumque ex hebr. צדקה vid. ad Gal. Exc. 4.) vtrinque ſenſus commodus exiſtit cf. ad 5, 12 ſqq. Ab hac tamen verſus interpretatione Grotius receſſit, σωμα νεκρον δι᾽ ἁμαρτιαν vertens *corpus exutum priſtina illa quiduis agendi libertate, propter peccatum, i. e. ad vitandum peccatum; vt dicitur aliquis fugere propter hoſtes.* Eum ſequuntur Raphelius in not. Polyb. *corpus mortuum peccato* (vt ſit δι᾽ ἁμαρτιαν i. q. τῃ ἁμαρτιᾳ *quod attinet ad peccatum* coll. 2, 25. ad quem locum δια hoc ſenſu a Polybio vſurpari ſolere notauerat) Lockius *the body is dead as to all activity to Sin,* et Heumannus, *unſer Leib iſt todt gegen die Sünde:* paullo durius ex meo ſenſu, maxime poſt querelas illas, quas de *corpore, pium etiam quemlibet hominem ad peccandum ſaepe ſollicitante et impellente* effuderat Apoſtolus VII, 24. 25.

11. πνευμα του εγειραντος Ιησουν — pro του θεου. Maluit vero ſcribere *illud* Ap. quod ex *reſurrectione Chriſti* ipſa, *Chriſtianorum ſimilem* εκ νεκρων αναστασιν deducere conſtituerat. Vnde mox iterum ὁ εγειρας τον Ιησουν pro ὁ θεος. Quae ſit illa αναστασις, de qua h. l. Paullus agat, vtrum proprie ſic dicta *futura olim hominum ad vitam beatam reſurrectio,* an, quam iisdem verbis 6, 4–11. deſcripſerat, *hominis ad meliorem ſanctioremque vitam per religionem Chriſti inſtauratio et emendatio,* in partes abeunt interpretes. Ipſe inter vtramque incertus haereo,

στὸν ἐκ νεκρῶν ζωοποιήσει καὶ τὰ θνητὰ σώματα ὑμῶν, διὰ τὸ ἐνοικοῦν αὐτοῦ πνεῦμα ἐν ὑμῖν.

"Αρα

VARIAE LECTIONES.

11, δια το ενοικουν αυτου πνευμα legunt Codd. *D. E. F. G.* 1. 4. 7. 17. 18. 19. 20. 22. 26. 36. 44. 45. 46. 47. 52. 54. 55. 63. 65. 66. Edd. *Erasmi. Steph. Bengelii. Griesbach.* Verff. *Syr. Erpen. Vulg. clar. germ. harl. Origenes* faepe. *Method. Theodoret. Maximus. Iren. Tertull. Hilar. Auguftin.* femel. *Ambrof. Ruff. Ambrofiaft. Pelag. Hieron. Fulgent. Seuerian.* probb. *Millio, Grotio.* Contra του ενοικουντος αυτου πνευματος feruant Codd. A. 10. 22. 34. 38. 39. 57. alii Edd. *Colinaei, Bezae. Complut. Clem. Bafil. Ath. Hippol. Pfeudo-Athan. Epiphan. Macar. Elias cretenf. Idac. Oecum. Cyrill. alex.* et *hier. Chrys.* alicubi. *Didym. Aug.* faepe. *Ambrof. Beda. Vigil. tapf. Vetufti Codd. catholicorum* in dial. 3. c. *Macedon.* contradicente *Macedoniano.* Auctoritates Codicum fere vtrinque eaedem: propter verfionem tamen fidem, formulaeque δια του ενοικουντος πνευματος vfum in N. T. frequentiorem (vid. notas) praefero δια του ενοικουν πνευμα.

reo, magis tamen, maxime propter formulam θνητα σωματα, in fententiam priorem inclinans. ζωοποιησει i. q. εγερει εκ νεκρων Io. 5, 21. 1. Cor. 15, 22. Gal. 3, 21. Rom. 4, 17. θνητα σ. corpora *mortalia, caduca,* (alii i. q. νεκρα, male collato 6. 12. vid. ad eum locum) vel, fi interpretandi rationem pofteriorem (Lockii et Heumanni) fequaris, *infirma, imbecilla, ad peccandum procliuia.* δια του — πνευματος εν ὑμιν (quae eft lectio vulgaris vid. v. l.) *ipfa vi Spiritus diuini.* cf. 2 Tim. 1, 14. Sententia expedita, fi de *refurrectione morali* locus intelligatur, cum eam *fpiritui diuino* potiffimum tribui folere, res fit indubitata. Neque vero *ipfam corporum e mortuis refufcitationem* ad idem πνευμα ἁγιον referri a Iudaeis folere, negari poteft: cf. Tanchuma fol. 38, 3. *Dixit Deus S. B. ad Ifraelitas: In hoc mundo Spiritus meus dedit vobis fapientiam, fed in futuro* רוחי מחיה אתכם *fpiritus meus vivificabit vos* q. d. Ezech. 37, 6. Schir Hafchirim Rabba fol. 3, 2. רוח הקודש מביאה לידי תחיות *fpiritus fanctus nos perducit ad refurrectionem mortuorum.* Contra vero lectionis alterius δια το ενοικουν — ὑμιν fententia haec eft, verbis Grotii expreffa: "*Sicut Chriftum, quia in* „*fe*

12 Ἄρα οὖν, ἀδελφοὶ, ὀφειλέται ἐσμὲν οὐ τῇ σαρ-
13 κὶ, τοῦ κατὰ σάρκα ζῆν· εἰ γὰρ κατὰ σάρκα
ζῆτε, μέλλετε ἀποθνήσκειν· εἰ δὲ πνεύματι
τὰς πράξεις ~ τοῦ σώματος: θανατοῦτε, ζήσεσθε.
~ τῆς σαρκὸς Ὅσοι

VARIAE LECTIONES.

13. Pro του σωματος legunt της σαρκος Codd. *D. E. F. G.* Verſ. *Vulg. clar. germ. harl. Cypr. Iren. Tert. Ambroſ. Aug. Hier. Didym. Ruff. Pelag. Ambroſiaſt.* probb. *Bengelio* et *Griesbachio.*

„*ſe habuit naturam illam divinam, quae Iohanni λογος, aliis πνευμα dicitur,* „*(Marc. 2, 8.) ob id ipſum aequum non fuit, manere in morte, ſed eum reſuſcitari oportuit (Rom. 1, 4. 1 Petr. 3, 18. Hebr. 9, 14.) ita etiam non patitur Deus in morte eos manere, quibus dedit Spiritum ſuum.*" [De hac autem, morali nimirum ſuſcitatione loqui apoſtolum, v. 12 ſq. diſerte docet. Vid. Ioh. V, 21 ſſ. ſupra VI, 4. Col. II, 12. Eph. II, 5. Monet enim, hoc ipſo, quo reguntur Chriſtiani, ſpiritu euangelico, vim peccati infringi deberi, quod corpori inſidet.]

12. *Atqui, o mei cariſſimi, ne vlla quidem re de vobis bene merita eſt σαρξ veſtra, vt neceſſe vobis ſit, obſequi eius voluntati et cupiditati.* αρα ουν particula transeundi, *atqui vero. Nun denn:* οφειλετην ειναι τινι *debere beneficia alteri, putare, ſcire, alium bene de nobis eſſe meritum* cf. ad 1, 14. εσμεν non pro ωμεν, δει ἡμας ειναι accipiendum; quod faciunt, qui in οφειλετην ειναι tantum *officii praeſtandi* notionem eſſe putant: ου pro ουδεν, εν ουδενι *nulla ratione.* ζην κ. σ. i. q. κατα σαρκα περιπατειν v. 4.

13. *Non tantum non bene de vobis meretur σαρξ, verum etiam, ſi eam ſequamini, miſeros et infeliciſſimos vos reddit:* γαρ *imo vero.* πνευματι, δια πνευματος ſc. θεου cf. 14. τας πραξεις της σαρκος (vid. v. l.) *quicquid ſentit et agit σαρξ,* non ad *actiones externas* tantum, ſed *ſenſus etiam cupiditatesque animi* referendum Col. 3, 9. απεκδυσ. τον παλαιον ανθρωπον συν ταις πραξεσι αυτου. Theodoret. τας πραξεις του σωματος, τουτ' εστι, το φρονημα της σαρκος, τα των παθηματων σκιρτηματα. Gal. 5, 24. παθη-

ματα

Ὅσοι γὰρ πνεύματι Θεοῦ ἄγονται, οὗτοί εἰσιν υἱοὶ 14
Θεοῦ. οὐ γὰρ ἐλάβετε πνεῦμα δουλείας πάλιν 15
εἰς φόβον, ἀλλ᾽ ἐλάβετε πνεῦμα υἱοθεσίας, ἐν
ᾧ

ματα et επιθυμιαι. θανατουν *necare, vita* (h. *vi agendi*) *priuare aliquem*: vnde θανατουν τας πραξεις της σαρκ. *cupiditatibus prauis obſtare, quominus excitentur, augeantur, agendo exſerantur.* Formula loquendi שחט יצר *mactare, trucidare concupiſcentiam prauam*, Iudaeis admodum vſitata. Sanhedrin fol. 43. 2. *Dixit R. Iehuda* הזובח יצרו *quicunque ſacrificat ſ. mactat concupiſcentiam*, ומתודה *et peccata confitetur, idem eſt ac ſi glorificet Deum S. B. in vtroque mundo, hoc et futuro.* ζησεσθε *feliciſſimi eritis.*

14. Iſtam felicitatem vere euenturam eſſe Chriſtianis, confirmatur interno cuiusque veri Chriſtiani ſenſu; quo conſcius ſibi eſt: *ſe eſſe Deo carum*, αγονται πνευματι i. q. εστιν, οικει, εν αυτοις πνευμα θ. v. 9. cf. Gal. 5, 18. 2 Petr. 1, 21. υἱοι θεου. Duo inſunt in hac formula, ſi de Chriſtianis adhibetur; tum, *carum eſſe deo*, vt filius patri; tum *ius habere in felicitatem, qua pater fruitur*; vt filius eſt haeres opum paternarum cf. 1 Io. 3, 1. Philo de conf. ling. p. 341. οἱ δε επιστημη κεχρημενοι (επιστημην vero etiam hic ſcriptor *ad Sp. diuinum* refert. lib. de gig. p. 291. C. τῳ μεν διδασκαλῳ θειων — αει παρισταται το θειον πνευμα, πασης ορθης αφηγουμενον ὁδου) ΤΟΥ ἙΝΟΣ ΥΙΟΥ ΘΕΟΥ προσαγορευονται. οὗτοι εισιν pro οιδασι ειναι ἑαυτους *conſcii ſibi ſunt, ſe eſſe filios Dei.*

15. *Spiritus enim is, qui eſt in vobis, non ſeruili poenarum diuinarum metu nos amplius terret, ſed tanquam filios nos tractat, animumque nobis addit, vt precando* PATREM *appellare poſſimus Deum.* Gal. 3, 26. 4, 1–6. πνευμα δουλειας (πν. δουλικον) εις φοβον (εν ᾡ φοβουμεθα, πνευμα δειλιας 2 Tim. 1, 7.) pro πνευμα ενσταζων [ενσταζον] φοβον ὡσπερ δουλων *ſeruorum*, qui abſtinent delictis non *domini amore*, ſed *metu crucis aut pendentis habenae*. cf. illud Horatii:

Nec furtum feci, nec fugi, ſi mihi dicat
Seruus: habes pretium, loris non vreris, aio.
Non hominem occidi; non paſces in cruce coruos.

Ariſtoteles. Χειρους δε, οσοι

 ου

16 ᾧ κράζομεν, Ἀββᾶ ὁ πατήρ. αὐτὸ τὸ πνεῦμα συμμαρτυρεῖ τῷ πνεύματι ἡμῶν, ὅτι ἐσμὲν τέκνα Θεοῦ.

ου δι' αιδω, αλλα δια Φοβον αυτο δρωσι, και Φευγοντες ου το αισχρον αλλα το λυπηρον. παλιν pp. *hoc seruili poenarum diuinarum metu alias tenebamur.* cf. Ebr. 2, 15. υἱοθεσια *adoptio* h. l. vniuerse pro *conditione filii* posita (opp. τῃ δουλειᾳ) (Iustin. 11, 11. *Alexandrum ingredientem templum statim antistites filium Hammonis salutant. Ille laetus Dei adoptione hoc se patre censeri iubet*). Nimirum quia nullum erat vocabulum Graecum, abstractum concreti υἱος, vsus Ap. voce recepta υἱοθεσιας, sensu tamen alio. Grotius in *adoptionis*, filii *adoptiui*, notione haeret, statum *priorem* Christianorum *quasi seruilem* eo significari statuens. "Nam „qui *adoptantur*, si serui sunt, „et *liberi* e seruis fiunt et „*filii*" πνευμα υἱοθεσιας (της του υἱου παρρησιας και ελευθεριας) εν ᾡ κραζομεν, *spiritus, per quem filiorum instar precari possumus, ad Deum tanquam patrem.* De voce κραζειν et αββα cf. ad Gal. 4, 6. Quantum in voce αββα explicanda nugati sint interpretes, copiose indicauit Wolfius ad h. l. [Neque enim homericum Παππας, neque Απφω, neque Αππας, sed chald. אַבָּא conferri debet. Syrus: ܐܳܒܳܐ ܐܰܒܽܘܢ].

16. *Quotiescunque enim insigni quodam modo hanc filiorum Dei dignitatem in nobis persentiscimus, est hoc ipsum opus Spiritus diuini.* συμμαρτυρειν i. q. μαρτυρειν 2, 15. *confirmare alicui aliquid*, cf. συναντιλαμβανεσθαι pro αντιλαμβαν. v. 26. συμπληρουσθαι pro πληρουσθαι Act. 2, 1. το πνευμα — τῳ πνευματι ἡμων (*animo nostro* 1 Cor. 2, 11.) Antanaclasin in πνευμα τῳ πνευματι (pro πνευμα τῳ νοι) quisque sentit. De sententia ipsa cf. Sota fol. 46, 1. *Dixit R. Meir. Sacerdotes adigunt Leuitas vt dicant: propitius esto populo tuo Israel, quem redemisti. Non autem necessarium fuisset, vt adderentur verba: Et auferetur ab ipsis reatus sanginis.* אלא רוח הקדוש מבשרת *Sed spiritus sanctus statim suggerit ipsis: quandocunque sic egerint, vt reatus ab iisdem auferri possit.* In Siphre ibid. *Hac ratione redemisti nos, vt si peccemus, tu statim propitius nobis sis:* ורוח הקדוש אמר כל זמן *et spiritus S. dicat omni tempore: quod si sic egerimus, remissus nobis sit reatus*

Θεοῦ. εἰ δὲ τέκνα, καὶ κληρονόμοι· κληρονόμοι 17
μὲν Θεοῦ, συγκληρονόμοι δὲ Χριστοῦ· εἴπερ συμ-
πάσχομεν, ἵνα καὶ συνδοξασθῶμεν. λογίζομαι 18
γάρ, ὅτι οὐκ ἄξια τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ
πρὸς τὴν μέλλουσαν δόξαν ἀποκαλυφθῆναι εἰς
ἡμᾶς.

reatus ſanguinis. Debarim Rabb. ſect. 3 fol. 254, 3. *Dixit R. Chija. Poſtquam advocatus eorum (Moſes) loqui deſiit* רוח הקדוש מלמד זכות עליהן *Spiritus S. docuit ipſos meritum ipſorum* h. *confirmavit iis, nullas poenas ipſis eſſe metuendas.*

17 ſqq. Nullo modo verſus 17 et 18. inuicem ſeiungendi. Altera enim ſententia ex altera proficiſcitur; omnia vero ex vehementiori Apoſtoli ſenſu partim *miſeriae* et *calamitatum*, quibuscum in his terris luctandum erat ſibi caeterisque Chriſtianis, partim *inſignis felicitatis futurae*, cuius ſpe erigebatur, ſunt interpretanda. ει δε τεκνα — κληρονομοι cf. ad Gal. 4, 7. κληρονομοι θεου. In voce κληρονομου non de *iure ſuccedendi in bona defuncti* cogitandum, ſed ſolam *certae et inalienabilis* [non alienandae] *paternarum opum poſſeſſionis* notionem eſſe tenendam, iam Grotius monuit. συγκληρονομοι Χριστου tanquam πρωτοτοκου v. 29. Col. 1, 15. Hebr. 1, 6. συμπασχομεν. πασχομεν ὥσπερ αυτος. *Dolendi de vice alterius* notio, alias huic voc. propria, ab h. l. prorſus aliena. ἱνα και *tum nimirum* hebr. למען. Sententiam eandem vid. 2 Tim. 2, 10-12. Col. 3, 4. Eph. 2, 5. 6. 1 Petr. 4, 13.

18. Quae iam ſequuntur, arctiſſime iungenda verſui extremo 17. Neque enim cum *totius loci ſuperioris contextu* vlla ratione cohaerent, ſed tantum per *extrema haec*: ειπερ συμπασχομεν ἱνα και συνδοξασθωμεν in animo Apoſtoli orta et excitata videntur: *Quantum enim equidem video, quicquid in his terris ferendum nobis eſt miſeriae et calamitatis, nulla ratione comparari id poteſt felicitati et honori olim apud Chriſtum conſequendo* cf. 2 Cor. 4, 17. λογιζομαι cf. ad 3, 28. 1 Cor. 4, 1. i. q. οιομαι, δοκεω, ἡγουμαι, νομιζω. Theophyl. ὑπολαμβανω, στοχαζομαι, παθηματα h. l. θλιψεις 2 Cor. 1, 5. 6. aliam vocabuli ſignificationem vid. 7, 5. ουκ αξια *nulla earum ratio habenda, ſi compararentur* τῃ δοξῃ cf. 2 Cor.

19 ἡμᾶς. Ἡ γὰρ ἀποκαραδοκία τῆς κτίσεως τὴν ἀποκά-

Cor. 4, 17. αξιον. "Vox de„ducta a rebus, quae ponde„rantur. Nam quod pondo „e. e. pendet, dicitur τοσουτον „αγειν i. e. *trahere*, *deducere*. „Hinc *agina* apud Feſtum, „qua inferitur ſcapus truti„nae. Homerus αξιου vocem „ſic vſurpat (Il. ϑ. 234). „Νυν δ' ουϑ' ἑνος αξιοι εσμεν „Ἑκτορος. Grotius" add. Xenoph. Cyrop. VIII, 5. 11. η και εστι σοι, εφη ὁ Κυρος, ουσια αξια των της παιδος. *num tibi ſunt facultates, quae puellae bonis reſpondeant?* προς accuſatiuo iunctum comparatiue adhibetur. Plato: τα δ' αλλα μικρα αν ειη προς ταυτα. δοξα כבוד *felicitas* in regno Chriſti olim obtinenda. μελλουσα αποκαλ. iungenda pro αποκαλυφϑησομενη. Alii προς αποκαλυφϑηναι iungunt, duriſſime, inprimis, cum το deſit poſt προς. εις ἡμας pro ἡμιν hebr. לנו, עלינו.

19. Locum hunc, quem e difficillimis eſſe, omnes omni tempore interpretes conſenſerunt, pro more noſtro ita tractabimus, vt, quid ex noſtro ſenſu de formularum ſingularum ſignificatione totiusque loci ſententia maxime probabile ſtatui poſſe videatur, hic exponamus, alias aliorum interpretum rationes alio tempore locoque expoſituri. Copioſius explicatam et ornatam hanc noſtram interpretationem, quae eadem eſt antiquiſſima et pleriſque interpretibus frequentata, vide in *S. V. Iacobi Abhandlungen über wichtige Gegenſtände der Religion* P. I, 5. [Conf. Excurſ. F.]

κτισις ex omni vſu loquendi, tum Graeco, tum Rabbinico in voce בריאה, tum inprimis N. T. eſt vel *res ſingularis creata*, vel *omnis rerum natura*, *uniuerſum ipſum*, maxime ſi (vt loco hoc v. 22.) πασα addatur. cf. Iudith 9, 12. 16, 14. Sap. 2, 6. 5, 17. 16, 24. 19, 6. Apoc. 3, 14. Eandem hanc vulgarem formulae ſignificationem etiam hic tenendam arbitramur, etſi idem illud πασα κτισις, certo quodam orationis contextu, etiam de *ſingulari quadam huius vniverſi parte*, velut *de animantibus*, *de hominibus*, forte etiam *de certis hominum generibus* (velut κοσμος apud Ioannem de *improbis* centies) intelligi et explicari poſſe non negatur. cf. Col. 1, 23. Marc. 16, 15. αποκαραδοκια της κτισεως απεκδεχεται pro: ἡ κτισις αποκαραδοκουσα απεκδεχεται. Αποκαραδοκια (a καρα et δοκειν. Etym. τη κεφαλη προβλεπειν και ελπιζειν

ἀποκάλυψιν τῶν υἱῶν τοῦ Θεοῦ ἀπεκδέχεται· τῇ

ελπιζειν το προεχομενον.) ελπις et προσδοκια mere fynonyma hebr. תקוה quod ελπιδα, απεκδοχην et αποκαραδοκιαν LXX. et. תוחלת quod Pf. 38, 8. Aq. καραδοκιαν LXX. υποστασιν Symm. αναμονην vertunt. cf. etiam v. 20. vbi ελπις expreffe fubftituitur. et Philipp. 1, 20. Hefych. αποκαραδοκια, προσδοκια. adde loca fcriptorum graecorum haec: Polybii XVI, 1. απεκαρχδοκει τον κινδυνον Iofeph. B. I. III, 7, 26. απεκαραδοκει την ορμην των βελων. neque igitur in ipfa hac voce emphafis eft quaerenda; etfi iunctum vtrumque vocabulum αποκαραδοκουσα απεκδεχεται vim fententiae vtique augere videtur; maxime, cum quae fequuntur συστεναζει, συνωδινει idem confirment: *magno cum defiderio exfpectat* κτισις — *Sehnlich harrt die ganze Natur.* Quod vero *tota rerum uniuerfitas* dicitur *fentire, exfpectare, conqueri,* cum id proprium fit naturis fentientibus et intelligentibus, follennis eft hic προσωποποιιας vfus, tum in communi vita qualibet (cum *arua fitire, naturam* ferena veris aeftate *fubridere* dicimus) tum in V. et N. T. Gen. 4, 10. Leuit. 26, 34. Deut. 32, 1. Pf. 19, 1. 114, 3-6. Ef. 55, 12. Ierem. 47, 6. Of. 13, 14. Hab. 3, 10. Baruch 3, 34. Iacob. 5, 4. tum inprimis apud Paullum, quem *morti* adeo, *legi, peccato* perfonae vim tribuere folere vidimus. απεκδεχεσθαι et εκδεχεσθαι mere fynonyma. υιοι θεου *homines Deo chari ab ipfoque beandi* cf. ad v. 14. αποκαλυψις των υιων θ. i. q. fupra ἡ δοξα ἡ μελλουσα αποκαλυφθηναι εις υιους θεου; αποκαλυψις *vel* i. q. ευδαιμονια αποκαλυφθησομενη 1 Cor. 1, 7. Col. 3, 4. Φανερωσις εν δοξῃ 1 Io. 3, 2. (cf. formulam fimilem κλησις pro ευδαιμονια, εις ἡν εκληθημεν Hebr. 3, 1.) *vel* tempus, quo αποκαλυφθησονται υιοι θεου (quo apparebit, quinam fint filii Dei) h. *tempus regni Meffiae follenniter inaugurandi.* Quod vero omnis rerum natura *ipfum illud tempus redituri olim Meffiae* exfpectare dicitur, id quidem fic intelligo: perpetua eft in prophetis Hebraeorum regni Meffiae defcriptio ea: fore, vt tum omnis rerum natura immutetur et in meliorem felicioremque conditionem reftituatur. Hinc illae, *nouae huius et ad omnem rerum naturam transferendae felicitatis* imagines: de luporum agnorumque, pantherorum [pantherarum] et leonum mutuo et amicabili inuicem confortio,

20 τῇ γὰρ ματαιότητι ἡ κτίσις ὑπετάγη, (οὐχ ἑκοῦσα,

ſortio, et quae ſunt alia eiusmodi. cf. Eſ. 66, 22. add. Matth. 19, 28. 2 Petr. 3, 13. Apoc. 21, 1. locaque *tum* Iudaeorum: Manaſſe de reſurrectione. Philo de praemiis: ουκ απελπιστεον, ὁτι εξημερωθεντων των κατα διανοιαν, και τα ζωα ἡμερωθησεται. — τοτε και σκορπιων γενη και οφεων και των αλλων ἑρπετων απρακτον ἑξει τον βιον. *tum* Graecorum, et Romm. ſcriptorum, cum *aetatem auream* deſcribunt. Heſiod. Op. et D. 108. ſqq. inprimisque Virgil. Eclog. IV. Ecl. V. 60. Theocrit. XXIV, 84. 85. Itaque, cum ſcriptor Iudaeus, his opinionibus de *iſta feliciſſima rerum omnium viciſſitudine* PER MESSIAM *inſtauranda* innutritus, rerum vniuerſam naturam ſpe et deſiderio ſtatus melioris teneri et flagrare dicere inſtituiſſet, vtique potuit haec interpretando ita eloqui, vt *ipſum Meſſiae regnum* exſpectari ab ea profiteretur; non, quod ipſi illi κτισει vniuerſae, de *Meſſia* quicquam vere innotuerit; ſed, quod eam felicitatem, ad quam et ipſa vehementi deſiderio adſpirabat, nullo alio tempore, quam vbi rediturus eſt ad regnum ſuum inaugurandum Meſſias, (בעולם המשיח) contingere τῃ κτισει poſſe, ſcriptor ipſe ſibi perſuadebat. Eodem ſenſu Theodoretus ad h. l. ουχ' ὁρατε ουρανον, γην, θαλατταν, αερα, ἡλιον, σεληνην, πασαν την ὁρωμενην κτισιν, και προς τουτοις αορατα, αγγελους, αρχαγγελους, δυναμεις, εξουσιας, κυριοτητας; ταυτα παντα την ὑμετεραν προσμενει τελειωσιν.

20. Cauſa, propter quam ἡ κτισις meliorem aliquam conditionem optare et exſpectare Apoſtolo videtur, haec: *quia vniuerſam rerum naturam nunc multis modis laborare h. viciſſitudini, miſeriaeque obnoxiam eſſe quotidiano vſu omnes experimur.* Confer, quae in hanc ſententiam, apte inprimis ad iſtorum temporum rationes, expoſuit V. Iacobi l. c. praetereaque locum Philonis hunc: de Cherub. p. 123 A. B. ἡλιον μεν γαρ, και σεληνην, και τον συμπαντα ουρανον τε και κοσμον, ἁτε και ουκ οντα αυτεξουσια, και κινουμενα και φερομενα συνεχως, θεμις ειπειν ΚΑΚΟΠΑΘΕΙΝ. και του ΚΑΜΑΤΟΥ μαρτυριον εναργεστατον αἱ ετησιοι ὡραι. Τα τε γαρ συνεκτικωτατα των εν ουρανῳ, τας κινησεις εναλλαττει, τοτε μεν βορειους, τοτε δε νοτιους, τοτε δ' αλλοιας ποιουμενα τας περιφορας, ὁ τε αηρ αναινομενος, εκ των ιδιων παθηματων ελεγχεται ΚΑΜΝΩΝ.

επει

ἑκοῦσα, ἀλλὰ διὰ τὸν ὑποτάξαντα,) ἐπ᾽ ἐλπίδι, ὅτι

επει το συνεκτικωτατον μεταβολης αιτιον, ΚΑΜΑΤΟΣ. Ευηθες δ᾽ εστι περι των χερσαιων, η καθ᾽ υδατος μακρηγορειν, τας καθολου και κατα μερη τροπας αυτων επι μηκιστον διεξιοντα. Ταυτα γαρ πολυ πλειω των μεταρσιων κατα το εικος ΑΣΘΕΝΕΙΑΝ ΕΝΔΕΧΕΤΑΙ, ατε πλειστον μετεχοντα της υστατης και γεωδους ουσιας. ματαιοτητα vario contextu *varia* significare, notum. Hoc loco significatio constituenda est, comparanda *tum* sententia superiore: *felicitatem* olim exspectat κτισις, (cuius ratio continetur in his ipsis τῃ ματαιοτητι υπεταγη;) *tum* synonymo φθορας v. 21. tum adiunctis υπεταγη et ουχ ἑκουσα; vnde *miseriae status*-*que deterioris, quo non delectatur natura, quem potius abhorret, refugit, inuitaque sustinet*, notionem vocabulo inesse apparet. Idem fert vsus loquendi, maxime hebraicus: in vocibus הבל et הבל, quas vertunt LXX ματαιοτητα, quasque partim *aerumnam, dolorem, miseriam*, partim mortalitatem inprimis, *inconstantiam, fragilemque et mutabilem rerum conditionem* significare constat: vide instar omnium Eccles. 1, 2. 3. Ps. 39, 6. 89, 47, 48. Vtramque notionum *miseriae* et *mortalitatis* h. l. iungendam invicem esse apparebit ex voce φθορας v. 21. ουχ ἑκουσα np. quatenus naturis *animatis sensuque vitae et felicitatis praeditis* constat haec rerum vniuersitas. Mori miseraque esse refugiunt animantia quaevis; cumque affliguntur et moriuntur, patiuntur id, quod effugere non licet. Eodem sensu Philo l. c. ατε ουκ οντα αυτεξουσια. δια τον υποταξαντα sc. θεον (Mireris Lockium *Satanam*, alios, velut Capellum, *Adamum* intelligere) cf. Act. 17, 26. 27. Gen. 3, 17. 5, 29. 8, 21. Theodoret. τρεπτη γαρ ἡ κτισις εγενετο, ουχ ἑκουσα μεν, του δε δημιουργησαντος ασπασαμενη τον ὁρον. δια vel *propter* (h. *obsequio erga Deum*) vel *per* verti potest, pro δια του υποταξαντος. Isocrat. Paneg. δι᾽ ἡν εσωθησαν pro δι᾽ ἡς εσ. ουχ — υποταξαντα vncis inclusimus, quo clarius επ᾽ ελπιδι ad υπεταγη referendum esse appareret. επ᾽ ελπιδι hebr. לבטח pro δυναται δε ελπιζειν. επ᾽ ελπιδι ὁτι iungo et refero ad υπεταγη *summittit se iugo, hac tamen spe, fore, vt et ipsa liberetur tandem ab eo* cf. Act. 2, 26. Ps. 16, 19. Alii ad απεκδεχεται, versu 20. parenthesi incluso, referunt, sensu eodem: alii cum *Luthero* et *Heumanno* ad τον υποταξαντα, sequente ὁτι non translato *quod*, sed *nam*.

21 ὅτι καὶ αὐτὴ, ἡ κτίσις, ἐλευθερωθήσεται ἀπὸ τῆς
δουλείας τῆς φθορᾶς εἰς τὴν ἐλευθερίαν τῆς δόξης
22 τῶν τέκνων τοῦ Θεοῦ. οἴδαμεν γὰρ, ὅτι πᾶσα ἡ
κτίσις

nam. Alii denique ad εις την ελευθεριαν της δοξης των τεκνων θεου, parentheſi incluſis his: ὁτι και αυτη ἡ κτισις ελευθερωθησεται.

21. και αυτη *ipſa adeo natura*, diuerſa quidem illa et quodammodo oppoſita υἱοις θεου *hominibus Deo charis* h. ex ſenſu Apoſtoli, in Chriſti religione omnem fauoris diuini cauſam vnice ponentis, *Chriſtianis.* ἡ κτισις poſt αυτη redundanter repetitum cf. Luc. 3, 19. Io. 10, 41. Vertendum vero ſic, *daſs auch ſie ſelbſt, die Natur* — id quod in textu ipſo, addito duplici commate, indicauimus φθορα rurſus reſpondet hebr. חבל Mich. 2, 10. et שחת Pſ. 103, 4. Ion. 2, 7. Vtrumque ſignificat *interitum, mortem.* Similiter φθορα, φθαρτον, φθειρεσθαι in N. T. ſaepius 1 Cor. 15, 42. 50. 53. 2 Cor. 4, 16. απο της δουλειας — *ſublata mortalitate et miſeria, cui in his terris omnia ſuccumbunt.* δουλεια της φθορας pro ἡ φθορα, ἡ δεδουλωται 2 Petr. 2, 19. Euripid. το της αναγκης ου λεγειν, ὁσον ζυγον. ελευθερουν τινα εις ελευθεριαν τινος *vindicare aliquem in libertatem eandem, qua fruitur alter.* ελευθερια της δοξης pro ελευθ. και δοξα. Per ελευθεριαν *immunitatem a morte* eſſe intelligendam, ex oppoſito δουλεια φθορας apparet. δοξα *futura olim omnis generis felicitas cum immortalitate coniuncta.* των τεκνων του θ. *felicitas talis, quali fruentur Chriſtiani, etſi*, quod per ſe apparet, *ratione gradusque, pro cuiusque naturae indole, admodum diuerſo.*

22. *Vſu experimur ipſi, omnem rerum naturam conqueri et lamentari de miſeria et calamitate, quacum ad hunc vsque diem ei eſt colluctandum.* Quod quidem *iſto* inprimis *tempore* eo verius dicere poterat Apoſtolus, quo ſub Romanorum imperatorum, maxime Neronis, tyrannide omnis prouinciarum, ciuiumque ſingulorum felicitas fere tota fracta erat et peſſundata. πασα ἡ κτισις *omnis rerum natura*, np. *quicquid in ea miſeriam ſentiendi atque adeo de eadem conquerendi vim habet.* Bene Erasmus ad h. l. "Paulus vt τροπολογικως „magnitudinem malorum ex„primat, fingit, vniuerſum „hunc mundum velut vnum „perſonam, cui cum non inſit „ſenſus,

κτίσις συστενάζει καὶ συνωδίνει ἄχρι τοῦ νῦν· οὐ 23
μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ τὴν ἀπαρχὴν τοῦ πνεύματος ἔχοντες, καὶ ἡμεῖς αὐτοὶ ἐν ἑαυτοῖς στενάζομεν,

„ſenſus, tamen ita ſenſum tribuit, quemadmodum in Pſalmis montes dicuntur exſultare, flumina plaudere.“ συστενάζει et συνωδινει. Illud συν refer vel ad *Christianos* υἱους Θεου v. 21. συν ἡμιν, υἱοις Θεου vel ad ΠΑΣΑ κτισις, pro: συν αλληλων [αλληλαις] ωδινει και στεναζει. στεναζειν et ωδινειν (poſterius proprie *parturientis dolores ſentire*, tum omnino, *dolere vehementer*) ſynonyma aucta, ad *vim miſeriae* eo efficacius exprimendam. Euripid. Hel. 753. συνωδινειν κακοις. αχρι του νυν καιρου *nondum deſinunt vexari miſeria qualibet.* Poteſt tamen etiam verti: *hoc tempore, in hac rerum conſtitutione*, cum αχρι, vt veriſſime monet S. V. Noeſſeltus in diſputatione de h. l., non ſemper definiat *tempus ad quod*, ſed *quo* aliquid factum fuerit, velut Ebr. 3, 13. (Rom. 11, 25. equidem non vterer.)

23. ου μονον δε formula elliptica Paullo ſollennis cf. 5, 3. 11. 9, 10. 2 Cor. 8, 19. h. l. ſupplendum e ſuperioribus πασα ἡ κτισις, cui oppoſiti ſunt οἱ την απαρχην — εχοντες et ſ. p. αλλα και αυτοι *verum ipſi adeo.* και non eſt praetermittendum. Eſt particula mirantis, *homines* etiam eos, quibus obtigit απαρχη του πνευματος, cum vniuerſa natura iſto χαρισματι deſtituta, in eundem luctum easdemque querelas conſentire. απαρχη του πνευματος *primitiae ſpiritus*, obſcura ſatis loquendi formula et ad intelligendum difficilis. Vulgo prima et propria της απαρχης ſignificatione, qua de *frugum primitiis* dicitur, ſeruata, circumſcribitur ſic: τα ΠΡΩΤΑ χαρισματα του πνευματος, tumque intelliguntur dona ſp. ſ. *vel* ea, quae die Pentecoſtes primum in Apoſtolos effundebantur, (parum, opinor, apte, cum nec Apoſtolus ipſe his primis πνευματικοις annumerari potuerit, nec omnino, quomodo *vniuerſae rerum naturae*, *ſelectus quidam duodecim virorum* numerus commode opponi potuerit, non appareat;) *vel*, quae vtique facilior Wetſtenii ratio eſt, *ea, quae Chriſtianis ſingulis, qui* TUM IAM *Chriſto nomen dederant*, (quique et ipſi απαρχη dicuntur Iac. 1, 18. oppoſiti *reliquo* κοσμω *in poſterum adhuc ad Chriſti religionem adducendo*) *communia* erant: vnde οἱ την απαρχην του πν. εχοντες

νάζομεν, υἱοθεσίαν ἀπεκδεχόμενοι, τὴν ἀπολύτρωσιν

εχοντες ita vertendum: *Auch sie, die* BEREITS *die Gaben des Geistes erhielten.* Dubito tamen an omnino haec ipsa του πρωτου notio in voce απαρχης sit vrgenda, cum partim *fruges ipsae*, καρπος, dicantur απαρχη, nulla *primitiarum* ratione habita, 11, 16. partim, quod inprimis attendi velim, apud LXX. respondeat hebraeo תרומה, quod de quolibet *dono*, *oblatione*, *munere*, *deo offerri solito*, non tantum *de primitiis frugum* dici constat cf. Exod. 25, 3. Ezech. 45, 13. Ioseph. Antiqq. 5, 1. p. 265. Iosua iubet συγκομιζοντας απαρχην εξαιρετον των κατορθωμενων τῳ θεῳ τηρέιν. Ex vtraque ratione etiam h. l. synonymum haberi poterit του χαρισματος, δωρεας, (quae quidem vocabula, vbi de *spiritu diuino* sermo est, sollennia esse Apostolo, res nota est cf. 1, 11. 12, 6. 1 Cor. 12, 4. 2 Timoth. 1, 6. Act. 2, 38. 10, 45.) nulla *eius*, *quod primum est*, ratione habita. Est igitur periphrasis *Christianorum* omnino. *Selbst Christen, die doch Gottes Geist haben.* sc. *spiritum eum*, *qui certos eos reddit de sapientia et benignitate dei in tota rerum natura olim conspicua futura.* και ἡμεις αυτοι non iungo superioribus και αυτοι — εχοντες pro: και ἡμεις αυτοι οἱ απαρχην — εχοντες quod secundum grammaticam vix fieri potest; sed seiuncta ab iis ad *Apostolum ipsum* refero. (cf. 2 Cor. 5, 4.) pro αυτος εγω *quin adeo ipse ego* (2 Cor. 10, 1. 12, 13.) vt solet de se loqui Ap. numero multididinis. En igitur gradus sententiae hos! *Vniuersa natura Christiani — ipse adeo Apostolus -- queruntur de forte sua imbecilla misera et mortali in his terris subeunda.* εν ἑαυτοις pro εν ἡμιν αυτοις, εν εμαυτῳ. υἱοθεσια *felicitas qualis conuenit filiis* Luc. 20, 36. cf. ad 8, 15. i. q. δοξα των τεκνων v. 21. την υἱοθεσιαν απεκδ. *exspectare tempus illud*, *quo publice et palam declarabitur*, *nos esse filios Dei.* [Equidem haud negauerim, multa esse, quae in hac explicatione me offendant. Neque enim constat, quomodo Christiani in vniuersum την απαρχην του πνευματος εχοντες adpellari queant, multoque minus, qui fieri potuisset, vt apostolus se ipsum, adeoque solum Christianis omnibus tam superbo titulo (και ἡμεις αυτοι) anteponeret. Quapropter aliud interpretationis periculum subeundum esse putauimus exc. F.)

σιν τοῦ σώματος ἡμῶν. Τῇ γὰρ ἐλπίδι ἐσώθη- 24
μεν. ἐλπὶς δὲ βλεπομένη, οὐκ ἔστιν ἐλπίς· ὃ γὰρ
βλέπει τις, τί καὶ ἐλπίζει; εἰ δὲ, ὃ οὐ βλέ- 25
πομεν, ἐλπίζομεν, δι' ὑπομονῆς ἀπεκδεχόμεθα.

Ὡσαύτως

24. 25. Repetitur et copiosius explicatur sententia, quae in απεκδεχομενη latebat, haec: nondum frui Christianos felicitate sibi promissa, sed spe tantum, eadem tamen certa atque firma, erigi animum *eorum* inter calamitatum sensus debere. *Haec enim est Dei voluntas, vt nos sperando* h. *dei promissis confidendo, consequamur salutem. Quodsi vero iam frueremur felicitate promissa, spes illa et in Deum confidentia locum non haberet, cum, quod quis sensu iam percipit, idem amplius non speret? Studeamus igitur hanc spem et fiduciam excitare in animis nostris constanterque seruare.* Τῃ ελπιδι (δια της ελπιδος, ελπιζοντες) εσωθημεν pro σωθησομεθα. *Hac conditione salus olim nobis parata est, vt aliquamdiu eandem, etsi nondum sensibus perceptam, inconcussa spe et fiducia exspectemus.* ελπις δε βλεπομενη — ελπις. paulo obscurius, pro ευδαιμονια, ἡτις βλεπεται (h. *qua iam fruimur, quae iam sensu percipitur* Ps. 27, 13.) ουκετι ελπιζεται εκεινη. Polyaenus p. 488. βασιλειας μετεχειν ουκ ελπιζομενης, αλλα παρουσης. ελπις pro *felicitate sperata* positum vid. Gal. 5, 5. και pro ετι *adhuc.* ελπιζει pro ελπισει *potest sperare, sperauerit* Similiter ελπιζομεν v. 25. pro οφειλομεν ελπιζειν, *cum sperandum nobis sit*, ibidemque απεκδεχομεθα pro δει απεκδεχεσθαι ἡμας cf. v. 28. δι' ὑπομονης απεκδ. pro ὑπομενοντως [ὑπομενοντες απεκδ.] h. βεβαιως. *nullo calamitatis metu, nullisque voluptatum humanarum illecebris a spe nostra dimoueri nos patiamur.* απολυτρωσις του σωματος, vel suppl. εκ της φθορας-ματαιοτητος, tum est αφθαρσια και δοξα *securitas ab omni malo felicitasque aeterna*, cf. 2 Tim. 4, 18. (vocem ipsam απολυτρωσ. eodem sensu frequentatam vide Eph. 1, 14. 4, 30. 31. Hebr. 11, 35.) vel cum Ven. Noesselto interpretandum *liberatio a corpore* (Rom. 6, 6. 7, 24.) quod απολυτρωσις του σωματος vtique dici potest pro λυτρωσις απο του σωματος; etsi loco Hebr. 9, 15. απολυτρωσις παραβασέων non vterer, cum ibi in απολυτρωσις ex hebr. כפר *expiationis* notio, ab hoc nostro loco plane aliena, obtineat.

26 Ὡσαύτως δὲ καὶ τὸ πνεῦμα συναντιλαμβάνεται
˜ταῖς ἀσθενείαις: ἡμῶν· τὸ γὰρ τί προσευξώμεθα,
˜τῇ ἀσθενείᾳ καθὸ

VARIAE LECTIONES.

26. Pro ταις ασθενειαις legunt τη ασθενειᾳ Codd. *A. C. D.* 10. 23. 31. 37. 47. Verſſ. *Syr. Erp. Vulg. clarom. Orig. Idac. Cyr. hieroſ. Damaſcen. Aug. Ambroſiaſt. Sedul. Beda. Vigil. tapſ.* Eandem lectionem confirmat etiam hoc, quod in Codd. F. G. poſt ασθενειαις additum legitur της δεησεως (*orationis noſtrae* Boerner. *infirmitatem noſtrae orationis* Ambroſiaſt.) gloſſema haud dubie, ſed cuius origo e lectione τη ασθενειᾳ multo facilius, quam ex altera ταις ασθενειαις, explicari poſſe videtur.

obtineat. απεκδεχομενοι pro και απεκδεχομεθα. De *morte*, captiuorum catenas leuante et e carcere educente leg. Seneca Conſolat. ad M. c. 20.

26. Explicatur, quae ſit illa απαρχη του πν. qua prae reliqua κτισει fruuntur Chriſtiani: *Auxilium, quod fert nobis Spiritus ille diuinus in tolerandis calamitatibus noſtris iisdemque, vel non ſentientibus nobis, Deo per preces commendandis.* Nempe quae ſibimet ipſi ſaepius contigiſſe meminerat Apoſtolus, vt quod ipſe precibus efflagitare a Deo non auſus fuerat, vel calamitate liberatum vel ad inſigniorem quandam παρρησιαν in ſuſtinendis iis excitatum ſe ſentiret, nunc transfert eo, vt *ſpiritum ipſum diuinum, vel non ſentientibus Chriſtianis, pro iisdem, precibus apud Deum intercedere* inde efficiat. ὡσαυτως (ὁμοιως, κατα τον αυτον τροπον, παραπλησιως) *praeterea* hebr. יחד quod vertunt LXX. tum μετα ταυτα, ὁμου, κατα το αυτο, tum vero etiam ὡσαυτως Deut. 12, 22. 15, 22. το πνευμα ſc. θεου, ἁγιον. συναντιλαμβανεσθαι (i. q. αντιλαμβανεσθαι cf. ad v. 16.) τινι *auxilio adeſſe alteri.* Luc. 10, 40. h. l. tum *conſolando* tum *preces inſcio homine Chriſtiano apud deum interponendo, hisque precibus miſeriam eius mitigando.* Ασθενειαι late patens voc. *miſeriam quamvis* tum ex *infirmitatis et imbecillitatis humanae*, tum *ipſarum calamitatum* ſenſu ortam complectens. Reſpondet hebr. עצב quod vertitur πονος Prov. 5, 10. οδυνη Pſ. 127, 2. ασθενεια Pſ. 16, 4. cf. de vſu loquendi Paullino loca haec: 1 Cor. 2, 3. 2 Cor. 11, 30. 12, 5. 9. Gal. 4, 13. Hebr.

4,

καθὸ δεῖ, οὐκ οἴδαμεν, ἀλλ' αὐτὸ τὸ πνεῦμα ὑπερεντυγχάνει ὑπὲρ ἡμῶν στεναγμοῖς ἀλαλήτοις· ὁ

4, 15. 5, 2. 11, 34. h. l. si ταις ασθενειαις lectio vera est (vid. v. l.) idem quod παθηματα του νυν καιρου v. 18. si vero τη ασθενεια praefertur, *imbecillitas animi ipsa, qua, quid vere nobis prosit, ignoramus.* ουκ οιδαμεν — rursus non de eo, quod *semper*, sed quod *saepius*, (cum np. miseriae et dolorum sensu magnopere perturbatus animus, quid ipsi pie optandum precibusque a Deo efflagitandum sit, nescit) viro bono et pio accidere solet, locus omnis est interpretandus, vt supra 7, 7 sqq. Confer insigne huiusmodi animi humani status exemplum in ipso seruatore propositum Matth. 26, 39. καθο δει h. ὡς αρεσκει θεῳ, ορθως Diogen. VIII, 9. *Pythagoras* ουκ εᾳ ευχεσθαι ὑπερ ἑαυτων, δια το μη ειδεναι το συμφερον. αλλ' αυτο το πνευμα — cf. Gal. 4, 6. ὑπερεντυγχανειν (i. q. simplex εντυγχανειν) στεναγμοις ὑπερ τινος *suspiria edere alterius causa.* στεναγμοι αλαλητοι *desideria animi clandestina in imo pectore recondita, non voce prolata vt audiantur.* Ambigue Lutherus: *unaussprechlich.* quod est ανεκλαλητον 1 Petr. 1, 8. αρρητον 1 Cor. 12, 4. Alii, velut *Alberti*, αλαλητον ab αλαω, αλαλημαι deducunt. coll. Il. β, 146. δ, 436. Vnde Hesych. αλαλητον, τεθορυβημενον *gemitus vagi conturbati.* durissime. [Tota sententia forte ex allegorica interpretatione Zach. XII, 10. orta. Nimirum Hebraeorum psychologia consulenda videtur, qua origo corporis humani, גוף, e terra, animae, נפש, ex aere, rationis autem; רוח, ex ipsa numinis essentia repetebatur. Hoc πνευμα, ceu adflatus diuinus, vel caelestis particula aurae, genii inter numen humanamque naturam intermedii personam agere, noctu ex corpore somno sepulto ad Deum ascendere, cum eo conuersari, illique preces hominum et tacita suspiria offerre putabatur. Vide *noua opusc. theol.* Göttingae 1803. p. 83 s. Ab hac autem Iudaeorum doctrina, qua preces atque clamor, תפלה ושעוה, lacrymis tacitisque suspiriis דמעה, a Deo anteferri credebantur, apostolus diserte recedit ad numinis omniscientiam prouocans, qua et interpellationem spiritus, animis sanctorum insidentis, articulata voce haud prolatam (*die stillen Seufzer des bekümmerten, und bis zum Verluste seines deutlichen*

27 ὁ δὲ ἐρευνῶν τὰς καρδίας οἶδε, τί τὸ φρόνημα τοῦ
πνεύματος, ὅτι κατὰ Θεὸν ἐντυγχάνει ὑπὲρ ἁγίων.
28 Οἴδαμεν δὲ, ὅτι τοῖς ἀγαπῶσι τὸν Θεὸν πάντα
συνεργεῖ εἰς τὸ ἀγαθὸν, τοῖς κατὰ πρόθεσιν κλη-
τοῖς

lichen Bewuſstſeyns andächtigen Bethers) indagari atque intelligi docet. Alii aliter].

27. *Neque enim opus habet Deus, vt voce clara proferantur deſideria animi.* Sententia contraria opinioni Iudaeorum: *preces non valere, niſi voces ſaltem intra labia exprimantur.* ὁ ερευνων τ. καρδ. periphraſis *Dei*, aptiſſima loco huic cf. Pſ. 7, 9. Ier. 11, 20. 17, 10. 20, 12. Act. 1, 24. 15, 8. *qui intimos animorum receſſus ſcrutatur* h. *accurate intelligit*, *perſpicit.* cf. 1 Cor. 2, 10. φρονημα του πν. *ſenſus* h. *deſideria et vota ſpiritus diuini in animis noſtris vice noſtra precantis.* De *hoc* enim πν. ἁγιῳ, non de *ipſo animo humano*, intelligi πνευμα poſſe, contextus omnis docet. φρονημα, βουλημα vid. ad v. 6. εντυγχανειν i. q. ὑπερεντυγχανειν. ὁτι non eſt *coniunctio*, ſed *pron. relat.* referendum ad φρονημα, pro καθ' ὁ (ὁτι αν) εντυγχ. *deſiderium*, *quo intercedit apud Deum Sp. diuinus.* κατα Θεον vel ad εντυγχαν. ref. pro προς Θεον *apud Deum*; vel per ſe interpret. *ſecundum voluntatem Dei* cf. 2 Cor. 7, 10. 1 Io. 5, 14. Similiter Graeci. Porphyr. de abſtinent. 1, 24. τουτο δε ου γνωμῃ γινεται ανθρωπων, αλλα κατα Θεον. ἁγιοι *cari Deo* חסידים h. *boni Chriſtiani* cf. ad 1, 7. iidem qui mox dicentur οἱ αγαπωντες τον Θεον. [Conf. b. Koppe ad Gal. IV, 6.]

28. Sequitur enumeratio beneficiorum ſingulorum, quae Chriſtianis quibusuis; ex quo tempore Chriſtum ſequebantur, contigerant, et adhuc diuinitus iis deſtinata erant; quibus enumeratis tandem eodem redit Ap., vnde ſub initium capitis egreſſa fuerat oratio eius *hominibus Deo et Chriſto adeo charis nihil metuendum*, *omnia e contrario ſperanda eſſe.* δε omnino vero. οἰδαμεν h. *per ſe apparet hoc*, *nulli dubitationi eſt obnoxium.* αγαπωντες, φοβουμενοι, επικαλουμενοι τον Θεον (ſynonyma haec maxime in V. T.) *qui lubenti gratoque animo deo obſequuntur.* Eſſe vero inprimis h. l. *Chriſtianos* intelligendos, *tum* conſilium totius epiſtolae ſcriptae *Chriſtianis*,

τοῖς οὖσιν. ὅτι οὓς προέγνω, καὶ προώρισε συμ- 29
μόρφους

ſtianis, *tum* loci totius contextus (*maxime in his* τοις κατα προθεσ. ΚΛΗΤΟΙΣ ουσιν) luculenter indicat. συνεργει π. εις αγαθον *quaecunque iis accidunt, cedere ea omnia debent in eorum commodum et vtilitatem.* Similes ſententiae ſunt *Euripidis* Rheſ. 317. ὁταν πολιταις ευ σταθωσι δαιμονες, ἑρπει καταντης συμφορα προς τ'αγαθον. *Theognidis* 161.

πολλοι τοι χρωνται δειλαις
Φρεσι, δαιμονι δ' εσθλω.
Οἱς το κακον δοκεων γιγνεται εις αγαθον.

Platonis de rep. I. τῳ δε θεοφιλει ουχ ὁμολογησομεν, ὁσα γε απο θεων γιγνεται, παντα γιγνεσθαι ὡς οἱον τα αριστα *Charidem.* ap. *Dion. Chryſ.* Or. 30. τα των θεων εργα δωρα καλως ονομαζει Ωμηρος, ὡς ἁπαντα αγαθα οντα και επ' αγαθῳ γιγνομενα. Verbum συνεργειν, συνεργεισθαι eodem ſenſu vid. 1 Macc. 12, 1. ὁ καιρος αυτῳ συνεργει Polyb. p. 876. l. 12. μεγαλα μεν γαρ εφη την λαμπροτητα συμβαλλεσθαι προς εκπληξιν των ὑπεναντιων, πολλα δε ΣΥΝΕΡΓΕΙΝ την εκ της επισκευης ἁρμογην των ὁπλων εις την χρειαν. Diogen. Zeno VII, 104. τα μητε προς ευδαιμονιαν μητε προς κακοδαιμονιαν συνεργουντα. τοις κατα προθεσιν κλητοις ουσιν arcte iungenda his: αγαπωσι τον θεον. *Chriſtianis, feliciſſimis his per dei gratiam hominibus.* κατα προθεσιν ſc. θεου quod eſt repetendum ex αγαπωσι τον θεον. Male nonnulli (*Chryſoſtomus inprimis et Clericus*) ad homines προθεσιν referunt, *qui ſecundum proprium animi propoſitum vocati ſunt.* προθεσις i. q. θελημα *benigna dei voluntas* 9, 11. 2 Tim. 1, 9. cf. ad Eph. 1, 11. 2 Macc. 3, 8. Suid. προθεσις, προαιρεσις. κλητοι ex perpetuo Ap. vſu, *ii, quibus per doctrinam Chriſti oblata eſt felicitas in regno Meſſiae aliquando obtinenda.*

29. 30. Ante omnia monendi ſunt tirones, ne in formula οὓς μεν, οὓς δε — τουτους ita haereant, vt ſententiam *vniuerſam*, *ad ſingulos homines transferendam* atque adeo etiam *inuertendam* (quos non προεγνω, eos etiam non εκαλεσε et ſ. p.) ea contineri arbitrentur: cum ſit mera *deſcriptio felicitatis eius, quae* Romanis *potiſſimum, cum iisque* omnibus omnino Chriſtianis *contigerat*, pro: διοτι γαρ προεγνω ἡμας, δια τουτο — διοτι δε προωρισε, δια τουτο και et ſ. p. cf. v. 28 et 31. *Deus quidem, cum nos, ſibi inprimis cariſſimos homines, prae aliis ad eandem, qua Chriſtus iam fruitur,*

μόρφους τῆς εἰκόνος τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν

fruitur, felicitatem adducere aeternum constituisset, offert iam nobis per doctrinam Christi hanc felicitatem, condonatisque peccatis nostris spem nobis facit eiusdem certo olim obtinendae et percipiendae. Vnde sequitur, quae *caeterorum hominum non Christianorum* sors olim futura sit, (maxime, si iisdem cognoscendae doctrinae Christi potestas non data fuerat) ex hoc loco deduci nulla idonea ratione posse; potius, quanta sit beneficii diuini *in nos Christianos* collati magnitudo, de hoc vno per totum locum esse cogitandum; reliqua vero dei arbitrio, sapientissimo illi quidem et benignissimo pie relinquenda. προέγνω. Pauci erunt, qui haec ita vertant: *praeuidit credituros esse in Iesum*, cum maxime arbitraria ratione *ista* addi per se appareat. Neque vero magis probandum, cum plerique προγινώσκειν interpretantur: *insigniore quodam modo amare* coll. 11, 2. 2 Tim. 2, 19. Io. 10, 14. 15. et hebr. ידע Prov. 12, 10. Ps. 1, 6. 31, 8. vide quae scripsimus ad 7, 15. Maneo igitur in vulgari verbi significatione: *quos aeternum nouerat*; non vero, vt at *fidem* tantum, sed *omnem omnino hominis in hoc mundo constituti naturam, virtutes, statum et conditionem, accurate a Deo praeuisam* referatur. Vnde ipsius formulae sententiam cum Wetstenio vnice sic constituendam arbitror: *Si quis ad Christi religionem adducitur, id non* casui *atque* fortunae, *sed* soli aeterno sapientissimoque Dei consilio *esse tribuendum*. cf. 1 Petr. 1, 2. 20. Act. 2, 23. [Προέγνω ab antecedente πρόθεσις pendet, adeoque supplendum est, ἱκανους η τεταγμενους ειναι προς ζωην αιωνιον Act. XIII, 48. Eph. I, 4. *quos idoneos esse praeuidit doctrinae Christianae cognitioni.*] Hoc autem consilium diuinum non ad eos, qui Romae versabantur, sed ad omnes vbique terrarum degentes Christianos spectare, res ipsa docet. Longissime abest igitur apostolus a decreto numinis caeco vel absoluto, dum πρόγνωσιν Θεου eiusdem προορισμου regere et gubernare statuit. Vide XI, 25 f.] και pro τουτους και cf. v. 30. προωρισεν αυτους l. *prae aliis* l. *antequam nati essent* l. *aeternum* (προ αιωνων 1 Cor. 2, 7.) *decreui fieri hos* — cf. de verbo προορίζειν ad Eph. 1, 5. 11. 1 Cor. 2, 7. Act. 4, 28. συμμορφος της εικονος (l. τῃ εικονι) τινος i. q. συνομοιος τινι cf. Phil. 3, 10. 21. similem loquendi formulam vide 6, 5. Similitudo inpri-

αὐτὸν πρωτότοκον ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς· οὓς δὲ 30
προώρισε, τούτους καὶ ἐκάλεσε· καὶ οὓς ἐκάλεσε, τούτους καὶ ἐδικαίωσεν· οὓς δὲ ἐδικαίωσε, τούτους καὶ

inprimis referenda videtur ad υἱοθεσιαν, cum eaque coniunctam *felicitatem*, ſi conſtantes fuerint in religione, *cum Chriſto olim reportandam*. cf. 8, 17. 2. Tim. 2, 11. 1 Cor. 15, 49. φορεσαντες την εικονα του επουρανιου Philipp. 3, 21. 1 Petr. 5, 1. Hebr. 2, 10. προωρισε συμμορφους ſuppl. γενεσθαι. εικων *exemplar*, ad *quod aliquid effingitur*, τυπος ὁμοιωμα חבנית. De voce υἱοι θεου vid. ad Gal. Exc. 2. εις το ειναι — αδελφοις. Sententia adſperſa, quia *Chriſtum* υἱον θεου dixerat, eodemque nomine etiam *Chriſtianos* a Deo compellari meminerat. Senſus hic: *ita quidem* συμμορφοι *erimus Chriſto, vt ſimus, qui ipſe eſt, filii dei, etſi ipſe manet filius princeps h. unicus et cariſſimus, qui idem ius imperii habet in fratres reliquos.* πολλοι h. *Chriſtiani omnes*. πρωτοτοκος hebr. בכור ex perpetuo omnium gentium ritu *filios primogenitos* inſigniore quodam amore et ſtudio amplectendi, ponitur pro υἱος βελτιστος, μαλιστα αγαπητος, atque adeo etiam pro *capite, principe, domino familiae* cf. Exod. 4, 22. Pſ. 89, 28. Col. 1, 15. Ebr. 1, 6. Schemoth. R. 19. *Ait R. Nathan: Dixit Deus Moſi: Quemadmodum Iacobum feci primogenitum S. D. Exod. 4, 22. ita faciam regem M.ſſiam primogenitum S. D. Pſ. 89.* Similiter Philo λογον dicit πρωτοτοκον υἱον θεου de agricult. p. 195. B. ουρανου φυσιν και ἡλιου και σεληνης περιοδους — ὡς ποιμην και βασιλευς ὁ θεος αγει κατα δικην και νομον, προστησαμενος τον ορθον αὐτου λογον, ΠΡΩΤΟΤΟΚΟΝ ΥΙΟΝ, ὁς την επιμελειαν της ἱερας ταυτης αγελης διαδεξεται. Id. de confuſ. lingu. p. 341 B. σπουδαζετω ουν κοσμεισθαι κατα τον ΠΡΩΤΟΓΟΝΟΝ αυτου Λογον, τον αγγελον πρεσβυτατον, ὡς αρχαγγελον πολυωνυμον ὑπαρχοντα· Και γαρ Αρχη, και Ονομα θεου, και Λογος, και ὁ κατ᾽ Εικονα Ανθρωπος προσαγορευεται. [Plene: εις το ειναι αυτον πρωτον των ὑιων του θεου h. c. πρωτον της δοξης του θεου κληρονομον v. 17. 1 Cor. XV, 28. Philonis ſententia de λογῳ προτογονῳ hic plane aliena eſt.]

30. εκαλεσε *per doctrinam de Chriſto, iis traditam, invitat eos ad fruendum olim felicitate aeterna* cf. ad Gal. 1, 6. Grotius: *vocat ad paſſiones*, contra vſum loquendi; neque

31 καὶ ἐδόξασε. Τί οὖν ἐροῦμεν πρὸς ταῦτα; εἰ ὁ
32 Θεὸς ὑπὲρ ἡμῶν, τίς καθ' ἡμῶν; ὅς γε τοῦ ἰδίου
υἱοῦ οὐκ ἐφείσατο, ἀλλ' ὑπὲρ ἡμῶν πάντων παρ-
έδωκεν αὐτόν· πῶς οὐχὶ καὶ σὺν αὐτῷ τὰ πάντα

ἡμῖν

neque enim 1 Petr. 2, 20. 21. quicquam probat. Aoriſtus in εκαλεσε (vt in reliquis εδικαιωσε, εδοξασε) vim habet non *praeteriti* ſed *praeſentis*. εδικαιωσε *in gratiam recipit*, *vt homines tractat*, *nullis poenis obnoxios*. vid. ad Gal. Exc. 4. Grotius. *vires iis praeſtitit perſeuerandi in iuſtitiae ſuae obedientia*, contra vſum loquendi, tum omnino biblicum, tum inprimis Paullinum. εδοξασε *tandem felicitate ipſa aeterna beat*; ſecundum perpetuam vocc. δοξα, δοξαζειν, δοξαζεσθαι ſignificationem. In εδοξασε neceſſario vim Aoriſti tenendam, formulamque de tempore futuro interpretandam, res ipſa docet; niſi cum Grotio vertere malis *decreuit beare* coll. 2 Tim. 1, 9. quo tamen loco in ipſo verbo διδοναι, ex hebr. נתן, *deſtinandi* notio ineſt.

31. Ex hactenus enumeratorum beneficiorum diuinorum, quibus Chriſtianus quisque per Dei gratiam fruitur, multitudine, efficitur tandem hoc: *homini, qui in tanta apud Deum ſit gratia, nihil inter atrociſſimas etiam calamitates eſſe metuendum*. τι ουν ερουμεν π. τ. *quid igitur inde ſequitur, et quomodo haec tanta Dei erga nos beneficia in vſum ſolatiumque noſtrum transferemus?* cf. Pſ. 56, 12. ει θεος — τις καθ' ἡμων. *quandoquidem deus nos tantopere amat, adiuuat, ſuſtentat, quis tandem nocere nobis poterit?*

32. του ιδιου υιου. Solent Graeci ιδιον υιον opponere τοις θετοις Schol. Pind. Olymp. 9, 95. ευφρανθη ὁ Λοκρος θεασαμενος τον παιδα, ὁς ην μεν θετος αυτου, ου κατα φυσιν, εκ δε της αγνοιας ιδιος αυτου ενομιζετο. Vnde *Chriſtum* hoc nomine oppoſitum ab Ap. putant *Chriſtianis*, qui iidem dicebantur υιοι θεου v. 14. 21. Solet tamen alias vox ιδιος mere ſynonymum eſſe pronominis αὐτου cf. Matth. 9, 1. 22, 5. 25, 14. Io. 5, 43. Rom. [4, 25.] 14, 5. 1 Cor. 4, 12. Eph. 5, 22. alibi. vnde equidem vim totius ſententiae non in ΙΔΙΟΣ υιος ſed in voce υιος quaerendam putauerim. ὑπερ ἡμων *cauſa locoque noſtro*; quam quidem

ἡμῖν χαρίσεται; τίς ἐγκαλέσει κατὰ ἐκλεκτῶν 33
Θεοῦ; Θεὸς ὁ δικαιῶν; τίς ὁ κατακρίνων; Χριστὸς
ὁ

dem vtramque vim formulae huic, quotiescunque de morte Chriſti ὑπερ των ανθρωπων, perpeſſa adhibetur, ex mente quidem Apoſtoli inhaerere, collato 8, 3. et Epiſtolae ad Hebraeos locis pluribus, dubitari non poteſt. παρεδωκεν *in miſeriam ſummam mortemque adeo tradidit* vid. ad 4, 25. Gal. 1, 3. πως ουχι — χαρισεται; ουχι non tantum *initio*, quod eſt vulgare, ſed in *media* etiam *oratione* ponitur 1 Cor. 5, 2. 6, 1. 7. Poſſis tamen etiam poſt πως ſignum interrogandi ponere. πως; ουχι — Idem πως ουχι iunctum vide 2 Cor. 3, 8. χαριζεσθαι *dono dare, gratioſe largiri aliquid.* Vnde vocibus ανομιων, παραπτωματων iunctum, eſt: *condonare peccata* h. *veniam peccatorum concedere.* Propter loci tamen huius contextum, qui de calamitatibus a Chriſtianis perferendis agit (cf. v. 26. 35 ſeq.) ſententiamque ſimilem v. 28. praefero cum Luthero latiorem *donandi, largiendi* ſignificationem. παντα populariter accipe: *quicquid nobis vtile et proficuum fuerit.* συν αυτῳ pr. χαρισαμενος ΑΥΤΟΝ ἡμιν.

33. Redit Ap. in memoriam vitioſitatis et peccatorum, a quibus ne Chriſtianos quidem in hac vita plane liberos fieri conqueſtus fuerat. 7, 24. 25. Sed ne his quidem peccatis, hacque in recte agendo imbecillitate, gratiam Dei, propter Chriſti mortem nobis conceſſam, eripi nobis poſſe, quod idem initio Cap. iam docuerat v. 1. 2. 3, repetit nunc v. 33. 34. Eſt vero locus omnis grauitate orationis inprimis inſignis, quam quidem, interpunctione etiam, cum *Eraſmo*, *Lockio*, *Schoettgenio*, *Griesbachio*, ſeruare ſtudui, cum in vulgaribus edd. locus ſic diſtinctus legatur: τις — θεου; θεος ὁ δικαιων· τις κατακρινει; χριστος ὁ αποθανων· et ſ. p. εγκαλειν *accuſare* i. q. καταδικαζειν Act. 19, 38. εκλεκτοι θεου בחירי יהוה *Deo cariſſimi* vid. ad 1 Th. 1, 4. θεος ὁ δικαιων (ſi vulgaris loci inpunctio ſeruatur) hebraica eſt conſtructio אלהים המצדיק pro θεος δικαιοι, l. εστι δικαιων. De voce δικαιουν vid. ad Gal. Exc. 4. [Caeterum v. 34. luculenter docet, interpunctione noua a b. *Koppio* in textum ſubintroducta, interrogationes cumulari verumque apoſtoli ſenſum turbari].

34 ὁ ἀποθανών; μᾶλλον δὲ, καὶ ἐγερθείς; ὃς καὶ
ἔστιν ἐν δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ; ὃς καὶ ἐντυγχάνει ὑπὲρ
35 ἡμῶν; τίς ἡμᾶς χωρίσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ
Χριστοῦ; θλίψις; ἢ στενοχωρία; ἢ διωγμὸς; ἢ λι-
μὸς; ἢ γυμνότης; ἢ κίνδυνος; ἢ μάχαιρα; καθὼς
γέγρα-

34. τις ο κατακρινων; pro τις κατακρινει; κατακρινειν et εγκαλειν h. l. fere synonyma: *velle vt aliquis puniatur propter peccata.* hebr. מַרְשִׁיעַ Ief. 50, 9. Χριστος ο αποθανων fc. υπερ ημων. μαλλον δε *imo vero, quod maiorem ad confolandum animum vim habet, refufcitatus idem e mortuis.* cf. 1 Cor. 15, 17. Rom. 4, 25. Act. 17, 31. ος εστιν εν τῃ δ. θεου *qui eft, fedet, ad dextram Dei.* cf. Hebr. 1. 3. Significari hac formula *imperii cultusque diuini focietatem,* in quam poft difceffum ex his terris Chriftus rediit, nemo dubitat; vtrum vero haec ita *pure* et *abftracte, inprimis* in *Iefu homine,* fibi cogitaverint tum Paullus ipfe, tum, qui talia legebant, Chriftiani, nulla rerum in fenfus incurrentium imagine admixta; decernere equidem non aufim. [Formulam εν δεξιᾳ του θεου ειναι idem fignificare, ac θεου συνθρονον ειναι, *in imperii divini in res creatas focietatem adfcitum effe,* dubitatione caret. Neque tamen filentio praetermitti debet, Pfalm. CX, 1. idem de Dauide regni theocratici in Ifraelitos focio praedicari.] Idem valet de formula ος και εντυγχανει υπερ ημων *qui caufam noftram agit apud Deum* cf. Hebr. 7, 25. 1 Io. 2, 1.) fiue illud de *meritorum Chrifti vi perpetua,* fiue etiam (in quo faltem *vulgarium* et *imbecillorum* hominum multo infignius aliquod, maxime in calamitatibus, folamen, ex meo fenfu nemini eripiendum, cerni fcio) de *ipfa, humanis precibus fimili quadam Iefu hominis ad Deum precatione* intelligatur. [Huic explicationi, quod ad fenfum grammaticum fpectat, lubenter calculum adiicio. Iefus ipfe iam, fcilicet ad erigendam difcipulorum meticulofitatem et vero imbecillitatem, fpei de interceffione apud patrem olim ab eo exfpectanda viam ftrauerat Ioh. XVI, 25. Cavendum tamen eft, ne doctoris caeleftis promiffio infirmis apoftolorum mentibus accommodata in doctrinam abeat fummum numinis amorem et intelligentiam offendentem.]

35. *Tantis igitur beneficiis diuinis, hocque tanto Dei Chrifti-*

γέγραπται· "Ὅτι ἕνεκα σοῦ θανατούμεθα ὅλην 36
τὴν ἡμέραν· ἐλογίσθημεν ὡς πρόβατα σφαγῆς."
ἀλλ'

Christique amore, vt ne deserenda religione rursus excidat, nunquam patietur is, qui sensu istius amoris semel fuerit imbutus. ἡμας inprimis ad *Apostolum* retulerim. De nemine enim, quam de se ipso, constantiam in religione animo tam confidenti spondere potuisse videtur. αγαπη του Χριστου. Potest intelligi, quod Heumanno placuit, *pietas in Christum;* tum χωριζειν απο της αγ. *seiungere aliquem ab amore erga alterum* est: *infringere, tollere amorem.* Iuuat hanc interpretationem, quod inter ea, quae possint χωριζειν ab hac αγαπη, etiam θλιψεις, διωγμοι referuntur. Praefero tamen rationem alteram: *priuare beneuolentia et amore Christi,* quia de *eodem Dei Christique amore* in superioribus v. 19. 30. egerat Ap. agetque denuo v. 37. 39. Caeterum, vtram interpretationem sequaris, sensus manet idem: cum etiam ex posteriori consequens positum sit pro antecedenti, χωριζειν απο του ευαγγελιου, *seducere ad deserendam religionem Christi,* quam quidem qui deserit, excidit is necessario *fauore et beneuolentia Dei.* θλιψις, στενοχωρια (cf. ad 2, 9.), διωγμος non anxie discernenda. Iunguntur synonyma, vt *calamitatum variarum ambitus* comprehendatur. Confer ad omnem hunc locum 1 Cor. 4, 11. 2 Cor. 4, 9. 10. 9, 27. 11, 23. 27. quibus quidem locis eiusmodi varias et atrocissimas calamitates vere sibi accidisse Apostolus testatur. λιμος, γυμνοτης *alimentorum vestiumque inopia.* μαχαιρα pro θανατος *mortis violentae pericula.*

36. Loco V. T. illustratur miseriae, quam subire saepius cogebatur Apostolus, magnitudo et causae. Locus est Ps. 44, 23. isque accurate secundum LXX. expressus. Quae ibi Poeta de *se civibusque suis propter religionem vexatis* commemorat, apte transfert haec Ap. ad *semet ipsum caeterosque Apostolos et Christianos,* fatorum similitudine cum istis superiorum temporum prophetis iunctos. θανατουμεθα ὁλην την ἡμεραν *in mortis periculo versamur per totum diem.* cf. quae sequuntur ελογ. ὡς π. σφ. In Psalmi contextu *hebraico* sententia haec videtur: *quotidie occidimur, vnus itemque alter ex populo nostro.* Versione Graeca vero haec exprimenda

37 ἀλλ᾽ ἐν τούτοις πᾶσιν ὑπερνικῶμεν διὰ τοῦ ἀγα-
38 πήσαντος ἡμᾶς. πέπεισμαι γὰρ, ὅτι οὔτε θάνα-
τος οὔτε ζωὴ, οὔτε ἄγγελοι οὔτε ἀρχαὶ οὔτε δυ-
νάμεις,

primenda fuiſſent πασαν ἡμεραν, non, ὁλην ἡμεραν. ελογισθημεν pro λογιζομεθα *tractamur tanquam* — προβατα σφαγης צאן טבחה *oues a grege ſeparatae et ad mactandum deſtinatae ac ſeruatae*, quibus igitur quouis temporis puncto mors erat metuenda.

37. *αλλ᾽ imo vero.* ὑπερνικαν (amat Ap. verba particulae ὑπερ iuncta: ὑπερεκτεινειν, ὑπερπλεοναζειν, ὑπερεκχυνομαι, ὑπερπερισσευομαι) εν τινι *triumphare de aliqua re.* Sic pro *triumphare de victoria* a Graecis vulgo vſurpatur. Leo Tact. 14, 25. νικα και μη ὑπερνικα — αλλα δει τη του εχθρεου τελεια καταλυσει επιμενειν. Socrat. H. E. 3, 21. Νικαν καλον, ὑπερνικαν δε επιφθονον. Sententia haec: *tantum abeſt, vt calamitatum ſenſu depreſſi Chriſtum deſeramus, vt potius his ipſis calamitatibus gloriemur honorique eas nobis ducamus* cf. 5, 3. Act. 5, 41. Iac. 1, 2. vulgo *vincendi* notionem ſeruant interpretes vt ſit ὑπερνικαν i. q. νικαν παραπολυ, Luther: *In dem allen überwinden wir weit.* neque id male cf. ὑπερκρατειν, ὑπερισχυειν Ioſ. Ant. XI, 3. 2. modo εν πασι τουτοις non proprie ad ὑπερνικωμεν referatur, (quod eſt contra Grammaticam cum νικαν quarto, non alii caſui iungi ſoleat) ſed per ſe vertatur: *bey dem allen: dem allen ungeachtet.* δια του — *amore compulſi eius, qui tantopere nos adamauit.* Sic δια Genitiuo iunctum ſaepius occurrit cf. Matth. 27, 18. Rom. 1, 8. alii: *viribus non noſtris, ſed ab ipſo Deo et Chriſto acceptis.*

38. Sententia eadem, verbis tantum aliis expreſſa et repetita. *Certo ſcio, in omni rerum natura nihil eſſe, quod me ad deſerendam Chriſti religionem ſeducere poſſit:* Illud vero *nihil* copioſe, et ad affectus mouendos apte, per μερισμον explicat; commemorandis *variis vniuerſi partibus*, in quibus vis quaedam ad flectendos hominum animos cogitari ſolet. Non igitur in quolibet huius loci membro quaerendum eſt, quo modo et ratione ſingulae res commemoratae v. c. αγγελοι infringere fidem et virtutem Chriſtianorum dici ab Ap. potuerint, de quo quidem modo diſtincte non cogitaſſe Apoſtolus videtur; ſed *partes vniverſi*,

νάμεις, οὔτε ἐνεστῶτα οὔτε μέλλοντα, οὔτε ὕψω- 39
μα οὔτε βάθος, οὔτε τὶς κτίσις ἑτέρα δυνήσεται
ἡμᾶς χωρίσαι ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Θεοῦ, τῆς ἐν
Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν.

Ἀλήθειαν

versi, prout in mentem veniebant, poni existimandum, vt notio *vniuersi* comprehenderetur. cf. locum nostri simillimum. 1 Cor 3, 22. Gal. 1, 8. πεπεισμαι *certus sum* cf. 14, 14. Plato Apolog. πεπεισμαι εγω ἑκων μηδενα αδικησαι ανθρωπων. ουτε θανατος, ουτε ζωη h. *nihil*, cum, quicquid est in rerum natura, aut viuat, aut vita careat. Alii: *nec metus mortis subeundae, nec spes vitae seruandae*, ουτε αγγελοι — δυναμεις *nulla vis neque humana neque humanam superans* δαιμονων. *Kein noch so mächtiges Wesen.* αρχαι et δυναμεις mere synonyma: *regna atque imperia*, qualia partim sunt in his terris, partim inter daemones esse putantur Eph. 1, 21. 1 Cor. 15, 24. 1 Petr. 3. 22. Iudaeorum de his angelorum imperiis sententias lege apud *Bartoloccium* in Biblioth. Rabbin. Magna T. I. p. 267. Dicuntur Rabbinis כחות של מעלה αἱ ανω δυναμεις *Ialkut Chaddasch* fol. 39. col. 4. Ven. Carpzovius αρχας και δυναμεις *elementa* intelligit, collato Philonis loco, lib. quis sit rerum diuinarum haeres p. 520. D. τας τεσσαρας αρχας και δυναμεις εξ ὡν συνεστηκεν ὁ κοσμος, γην ὑδωρ και αερα και πυρ. cf. Matth. 24, 29. Marc. 13, 25. Luc. 21, 26. ex meo sensu paullo durius, cum h. l. αγγελοι, αρχαι et δυναμεις arcte inuicem iuncta, ad *vnum idemque rerum creatarum genus* referenda singula videantur. αγγελοι *boni malique* cf. 1 Cor. 4, 9. 1 Tim. 3, 16. 1 Petr. 3, 22. ουτε ενεστωτα ουτε μελλοντα *nec quae nunc me adfligunt mala, nec quae adhuc imminere capiti meo forte poterunt.* Vocem ενεστωτος primum significare *id, quod proxime instat*, notatum vide ad Gal. 1, 4. Hoc tamen loco, vt saepius, populariter de eo, *quo praesens adest*, dici non dubito. Sic graecis opponuntur inuicem καιρος παρωχημενος, ενεστως, μελλων. *Sextus* adv. Phys. 2, 193.

39. ὑψωμα βαθος vulgo pro ουρανος και γη, idque pro *vniverso* accipi solet, collato Es. 7, 11. et Eph. 4, 8. Sed *tum* significatio haec fere tantum est poetica, *tum* nunquam ὑψωμα, sed ὑψος ab

Graecis

IX. Ἀλήθειαν λέγω, ἐν Χριστῷ, οὐ ψεύδομαι, — συμμαρ-

Graecis interpretibus vertitur hebr מעלה l. גבה quoties-cunque *coelum* significat. Contra ὕψωμα (hebr. מרום et רום) semper improprie dicitur, tum de *superbia animi elati*, tum de *ipso felicitatis, gloriae, dignitatis, qua solet efferri animus, fastigio* cf. Aquila Eccles. 10, 6. et LXX. Iob. 24, 24. itemque Iudith 10, 8. 13, 4. Similiterque τὸ βάθος העמק de *calamitate* Ps. 130, 1. i. q. τὸ ταπεινὸν hebr. שפל quod de *miseria* constanter dicitur. cf. Eccles. 10, 6. innumeraque alia ap. Trommium. add. 2 Cor. 8, 2. vnde vtique verti poterit sic: *weder die Höhe des Glücks, noch die Tiefe des Unglücks.* Wetstenius sic: *neque creaturae, quae sunt supra nos in aere, neque quae sunt apud inferos.* Melius *Heumannus* vim prouerbii formulae tribuit: *supera infera*, pro *omnia*; collatis formulis Romanorum his: *summa imis miscere* Vellej. Pat. 4, 2. *superis et inferis notum est*, pro *omnibus* notum est. οὔτε κτίσις ἑτέρα nec *quicquam aliud. Schlechterdings nichts.* In themate κτίζειν, *creandique* aut *creaturae* significatione non est haerendum. κτίσις, πρᾶγμα et χρῆμα synonyma. Quicquid enim *est* in mundo, etiam θάνατος et λιμός, (nulla ratione habita, vtrum sit *substantia*, nec ne,) dicitur κτισθῆναι Siracid. 39, 29. cf. 1 Petr. 2, 13. δυνήσεται *soll im Stande seyn.* ἡ ἀγάπη τοῦ θεοῦ ἡ ἐν Χ. Ι. *amor, quo deus complectitur me propter Iesum Christum* vt v. 35. [Vide ad illustrandum totius capitis sensum excursum G.]

Cap IX. Incipit argumentum plane nouum, nec vlla ratione cum superiorum capitum sententiis cohaerens, idem vero procurrens ad finem vsque capitis XImi; vnde haec 3 capita arctissime inuicem nectenda esse quisque videt. Exponunt vero omnia de *gentis Iudaicae statu ac conditione misera, de caussis, vnde ea sit repetenda, de fine denique, in quem aliquando sit exitura.* Totius loci tractandi occasio in eo potissimum videtur quaerenda, quod *partim* Iudaei non-Christiani Paullum hominem genti Iudaicae infensum patriorumque rituum et religionum proditorem esse calumniabantur, (cf. Act 21, 28) *partim* ipsi Christiani e Iudaeis, tum suorum popularium incredulitatem indeque secuturam reprobationem et e regno Messiae eiectionem, tum gentilium hominum ad Messiam conuersionem, nec cum promissis

συμμαρτυρούσης μοι τῆς συνειδήσεώς μου — ἐν πνεύματι

missis V. T. de foedere nouo cum Israelitis per Messiam denuo sanciendo, nec omnino cum suis de insigni quadam populi Iudaici prae reliquis gentibus dignitate et apud Deum caritate opinionibus conciliare vllo modo posse videbantur. His igitur po- tissimum hominibus *primum* quanta potest sanctitate con- firmat Apostolus suum in Iudaeos studium, amorem, de miseria, in quam ruebant, dolorem, iuuandi denique eos, eorumque salutem procu- randi feruorem et desiderium 9, 1-5. 10, 1 seq. 11, 1 seq. *deinde* vero suam de ipso- rum conditione sententiam sic exponit; vt *primum* ad obtinendam in regno Messiae felicitatem nihil valere aut *externam quandam generis nobilitatem vel dignitatem*, aut *in ritibus Mosaicis exter- nis obseruandis diligentiam et religionem*, qua vtraque de se, Abrahamidis, iisdemque legum Moss. tenacissimis, glo- riari solebant Iudaei cf. v. 32. 10, 3. sed *omnia vnice pen- dere a sola libera benignaque voluntate diuina* doceat, id- que apte ad ingenium Iudai- cum exemplis locisque V. T. illustret 9, 6-18. *tum* trans- ferendis his ad Iudaeos po- tissimum incredulos iustitiam et aequitatem Dei a dubita- tionibus, quae contra doctri- nam hanc moueri poterant, vindicet; ipsaque Iudaeorum culpa propter superbiam im- probitatem et incredulitatem eorum haec iis accidere co- piose doceat vv. 19-10, 21. *denique* animos Christiano- rum erigat *partim* cogita- tione ea: esse tamen vel ipso hoc tempore insignem iam Iudaeorum multitudinem, qui, magna ex parte ne animad- versi quidem, Messiam pie colant et venerentur 11, 1- 5. *partim* spe laeta proposita hac: fore aliquando tempus, quo reliqui, adhuc increduli, atque adeo vniuersa gens Iu- daica ad religionem Iesu Mes- siae sit accessura 11, 6-32. quae quidem omnia simul *eo consilio* tractat, vt Christianis e gentibus, qui de sua prae Iudaeis electione gloriari, Iu- daeosque contemnere sole- bant, quam stulte inique et erga Deum ingrate agant, grauiter exponat, 11, 17-22; omnes vero omnino Christia- nos ad admirandos sapientiae benignitatisque diuinae im- perscrutabiles recessus, cohor- tetur 11, 33-36.

Caeterum esse hunc lo- cum, cuius summam hactenus strictim exposuimus, e difficil- limis vnum, iure queruntur omnes; magnam tamen dif- ficul-

2 πνεύματι ἁγίῳ· ὅτι λύπη μοί ἐστι μεγάλη, καὶ ἀδιά-

ficultatum partem tolli posse arbitramur cogitatione hac vna: disputare Apostolum cum hominibus partim *superbis*, partim *hypocritis*, *suamque dignitatem non ex verae pietatis virtutisque studio, sed externarum rerum vanitate metientibus;* quibuscum aliter profecto agendum fuisse Apostolo, quam si forte *aut* cum hominibus *vere piis et honestis*, *sed infirmitatis suae sibi consciis idoque de gratia diuina sollicitis* rem habuisset; *aut* omnino locum aliquem dogmaticum de *ratione*, *qua Deus*, *in beandis olim puniendisque hominibus*, *apte tum ad aequitatem suam*, *tum vero etiam ad libertatem culpamque hominum vti existimandus sit*, plene et subtiliter exponere voluisset, quis non videat?

1-5. Confirmat igitur Ap., vt odii aduersus Iudaeos suspicionem a se amoliatur, ipso iureiurando interposito, se vehementissimo animi dolore angi, quotiescunque hunc populum suum, tantis olim beneficiis a Deo ornatum, nunc regni Messiae societate exclusum iri cogitet. εν χριστω formula iurandi, vt hebr. ביהוה, *Christum ipsum testem appello*, *vera esse*, *quae nunc vobis profiteor.* εν hebr. ב. signif. *id*, *per quod iuratur;* Matth. 5, 34 sqq. Apoc. 10, 6. Eph. 4, 17. Ies. 62, 8. cf. Dan. 12, 7. Ier. 5, 7. *Per Christum* saepius iurabat *Paulus* 2 Cor. 1, 23. 11, 10. Eph. 4, 17. 1 Tim. 5, 21. Alii cum *Clerico* εν χριστω synonymum putant του: ὡς μαθητης χριστου *quemadmodum decet hominem Christianum*, *vere dicere*: ad linguae rationes satis apte, ad animi vero affectum, qui in toto hoc loco regnat, parum accommodate. αληθειαν λεγω ου ψευδομαι eadem sententia bis repetita, vt, quae scribere volebat Ap., non *temere* sed *animo deliberato* scripsisse videretur. cf. 1 Tim. 2, 7. Io. 19, 35. 2 Cor. 11, 31. συμμαρτυρουσης (i. q. μαρτυρουσης cf. 8, 16. Apoc. 22, 18. ex vulg. lect.) της συνειδ. pro συμμαρτυρει γαρ μοι (sc. του μη ψευδεσθαι με) ἡ συνειδησις μου. h. *ipse mihi conscius sum.* συνειδησις i. q. καρδια *mens animusque.* εν πνευματι ἁγιῳ vulgo ad συμμαρτυρ. συνειδ. refertur commate post μου deleto; *vel* sic, vt proxime iungatur τῳ: συνειδησεως: συνειδησις εν πνευμ. ἁγιῳ pro συν. δια του πν. ἁγ. αγομενη, ἁγιαζομενη, hoc est, ex perpetuo more Apostoli, omnem sensuum morumque sanctitatem et innocentiam ad

ἀδιάλειπτος ὀδύνη τῇ καρδίᾳ μου —. Ηὐχόμην 3
γὰρ

ad Sp. diuinum referendi, *animus innocens, probus, pius*, *das bezeugt mir mein eignes, durch Gottes Geist gebesser-tes Herz*. *vel*, vt referatur ad συμμαρτυρουσης, ficque *ipse ille animi sensus, quo vera dicere, non fallere se, non adulari, sibi conscius erat Ap.* huic ipsi πνευματι ἁγ. tribuatur. Probabilior vti-que haec *posterior* ratio eft *priori*, (ex qua poft μου repe-tendum fuiffet της) cf. 8, 16. Multo tamen facilior vtraque ea videtur, quam S. V. *Noesselt* ad h. l. propo-fuit, quamque etiam nos in textu interpungendo fecuti fuimus: qua εν πνευματι ἁγιῳ, vt εν χριστῳ, de formula iu-randi intelligitur, fententia hac: *per Christum! verum est, quod dico: non mentiri me mihi conscius sum, per Spiritum Sanctum! h. per Deum!* [Malim tamen εν πνευ-ματι referri ad συμμαρτυρου-σης, vt in loco antecedente VIII, 16. Spiritum fanctum enim ex fententia apoftoli in-timos animi receffus pene-trare, fatis fuperque notum eft. Auget itaque adfeuera-tionem priorem noua eo-que folemni obteftatione: *non mentior, adstipulante conscien-tia a S. S. gubernata* h. e. me non mentiri, ex intima mentis perfuafione obteftor.]

2. Iam hic ipfe verfus, vt locus omnis, animi vehemen-ter commoti veftigia fatis luculenta continet. *Acerbis-simo dolore angi se* confite-tur Apoftolus, idemque bis repetit verbis tantum aliis; non addita tamen (quod fa-cere folemus omnes, cum magno quodam vel laetitiae, vel aerumnae affectu pertur-bamur) *re ipsa* de qua doleat; quam quidem ipfam verfu de-mum 3tio non *expresse* de-clarat, fed formula ὑπερ των αδελφων μου *obscurius* indicat. Vide in textu ipfo hanc fer-monis concitatioris ideoque abrupti naturam addita lineola quodammodo indicatam.

3. *Mallem equidem infeli-cissima forte ipse frui, quin excludi adeo ab ipso Messiae regno; si hac re fieri pos-set, vt populares meos ser-varem.* γαρ mera particula transeundi. ηυχομην fuppl. αν (i. q. ευξαιμην αν Act. 26, 29.) quod faepius omit-titur, etiam, vbi contextus optatiuum neceffario requirit Act. 25, 22. 2 Cor. 11, 4. Io. 8, 39. ex lectione pluri-morum Codd. Ariftoph. ιδων επειθομην *si vidissem, crede-rem*. Ifocrat. Ep. I. ει μεν νεωτερος ην, ουκ επιστολην επεμπον. non male *Photius*: ουδε γαρ ειπεν· ευχομαι χωρι-σθηναι,

γὰρ αὐτὸς ἐγὼ ἀνάθεμα εἶναι ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ ὑπὲρ

σθηναι, αλλ' ηυχομην αν, τουτ εστι, ει δυνατον ην, ει συνεβαινε θειω ποθω ποθον εις θεον εκνικηθηναι. Alii cum *Heumanno: optaueram, cum adhuc a Christi religione essem alienus:* quod *et* a totius loci consilio est magnopere alienum, *et* scribendum fuisset ηυχομην l. ηυξαμην ποτε. αυτος εγω positum εμφατικωτερως: *ipse ego, qui haec male ominata de Iudaeis dicere cogor.* αναθεμα (caue confundas, quod non pauci iique graece peritissimi interpretes fecerunt, αναθεμα et αναθημα h. το ἱερουμενον τε και ανατιθεμενον ἱερω τινι τοπω) ειναι *esse in statu et conditione hominis* αναθεματισθεντος. Respondet vero αναθεματιζειν hebraeo חרם, quod est proprie *resecare; abscindere;* vnde membrum חרם Leuit. 21, 18. Deinde vero κατ' εξοχην dicitur tum de *vrbibus*, quae *totae diripiuntur, et diruuntur* Num. 21, 2. tum de *incolis vrbium ipsis*, omninoque *gentibus*, quae *victae ad internecionem vsque exstirpantur.* Iof. 8, 26. 10, 28. alibi Iud. 21. 11. Zach. 14, 11. Denique, quia vrbes gentesque Canaaeorum *propter Idololatriam ad vindicandum Deo honorem exstirpari* a Mose iubebantur, hinc inhaerere coepit voci חרם significatio ea, vt esset *id, quod ad Dei iram sedandam et restinguendam perditur atque necatur: res deuota deo.* (quae quidem cum religione coniuncta notio *semper* est tenenda, quoties cunque חרם et החרים a graecis interpretibus αναθεμα, αναθεματιζειν vertitur; cum alias eadem verba hebraica aliter etiam velut εξολοθρευειν Iof. 2, 10, απολλυναι Ef. 27, 11. φονευειν Iof. 10, 35. verti soleant) Deut. 7, 26. 13, 17. Iof. 6, 18. Ab hoc vero vsu loquendi biblico descendisse seriori tempore videtur alius, quo ii etiam, qui propter facinora patrata religionis publice in templo Synagogisque profitendae societate sollenniter exclusi fuerant, grauissimo nomine חרם αναθεματισμενοι dicebantur; nempe, quia hi ipsi homines, hoc ipso ritu diris deuoti, *ab omni fauore Dei exemti poenisque grauissimis diuinis obnoxii* fieri credebantur. Tandem mansit vocabulo vniuersa notio haec, vt esset: *poenis grauissimis diuinis affligere aliquem*, siue *imprecando* (diris deuouere Act. 24, 14.) siue *infligendo.* Vnde αναθεμα (i. q. καθαρμα cf. Gal. 3, 13. 14.) dicitur is, qui *gratiae diuinae expers tales atrocissimas poenas diuinas* vel *experitur*, vel *dignus est eas subire* 1 Cor. 12,

ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν μου, τῶν συγγενῶν μου κατὰ σάρκα.

12, 3. Hesych. αναθεμα, επαρατος, ακοινωνητος: cf. Romanorum *sacrum* pro *detestabili* Virgil. *Auri sacra fames.* Horat. *sacer intestabilis esto.* Et hoc quidem *latissimo* sensu accipienda videtur formula locis Paullinis quibusuis. Gal. 1, 8. 9. 1 Cor. 12, 3. 16, 22. Ad *ciuilem* enim *Iudaeorum anathematismum*, quo minus referri possit, omnium locorum contextus magnopere impedit; de sola vero *morte violenta et ignominiosa* pro aliis *suscipienda* quominus intelligatur (quod video placere interpretibus plerisque, iisque acutissimis, collatis locis quoad sensum similibus 2 Sam. 18, 33. 1 Cor. 4, 13. Philipp. 2, 17. Col. 1, 24. et *Liuii* 9, 4. *Equidem mortem pro patria praeclaram esse fateor et me vel deuouere pro populo Romano legionibusque paratus sum*) tum vsus omnino biblicus vocis αναθεμα, cui semper *iacturae fauoris diuini* notionem inhaerere puto, tum inprimis loca Paulli parallela Gal. 1, 8. 9. et 1 Cor. 12, 3. 16, 22. tum denique additum απο χριστου (vid. mox) meo sensu magnopere obstant. αναθεμα ειναι pro αναθεματιζεσθαι, ὡς αναθεμα ανατιθεσθαι cf. Levit. 27, 29. απο χριστου, απο ab interpretibus iis, qui αναθεμα de *morte* interpretantur, pro παρα accipitur: *a Christo mortem atrocissimam mihi infligi non recusem.* Leuit. 27, 29. Sed non apparet *partim*, cur omnino hoc additum sit ab Apostolo: a CHRISTO *velle sibi infligi mortem; partim*, cur *Christo* inprimis h. l. tribuatur, quod ad *Dei* prouidentiam alias solet referri (απο χριστου pro απο θεου); ne dicam, αναθεμα ΕΙΝΑΙ απο τινος multo durius dici, quam *vel* loco Leuitici αναθεμα ανατιθεσθαι απο τινος, *vel* 1 Cor. 1, 30. (quo loco Schmidium ad h. l. vti video) ΕΓΕΝΗΘΗ σοφια απο θεου. Refero igitur ipse απο χριστου ad αναθεμα, in quo inesse notionem του εκκλειεσθαι της χαριτος του θεου vidimus: *malim ipse ego atrocissimis poenis diuinis obnoxius omnisque societatis cum Iesu Christo expers fieri* i. q. κατηργηθηναι απο του X. Gal. 5, 4. in tota vero formula, nihil nisi *integerrimi amoris, vehementissimique, quo Iudaeorum salutem exoptabat Ap., desiderii* significationem quaerendam esse arbitror, collatis *tum* loco Moss. Exod. 32, 32. אם תשא חטאתם ואם אין מחני מספרך אשר כתבת *aut condona populo, aut me ipsum gratia tua exclude; tum* vitae

4 σάρκα· οἵτινές εἰσιν Ἰσραηλῖται, ὧν ἡ υἱοθεσία καὶ

tae communia formula hac: *ich möcht' alles in der Welt für ihn leiden:* qua quidem formula profecto non ſtatuimus fieri poſſe, vt nobis extrema quaeque patientibus res amici melius ſuccedant, ſed nihil niſi *promtum paratumque quouis licito iuſtoque modo eum ſubleuandi et adiuvandi animum* ſignificari volumus. cf. Gal. 4, 15. εἰ δυνατὸν, τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑμῶν διωρύξαντες ἂν ἐδώκατέ μοι; et Iudaeorum formulam אני כפרתך *ego ſim expiatio tua*, qua *ad amorem vehementiſſimum ſignificandum* vti Iudaeos ſolere, ex Maimonide Buxtorfius notauit Lexic. Talmud. ſub voc. כפר. Egregia quoque, et quae huc transſcribantur, digniſſima ſunt, quae ad hunc locum ſcripſit Bengelius: "De menſura „amoris in Moſe (Exod. 32, „32.) et Paullo non facile eſt „exiſtimare. Eum enim mo„dulus ratiocinationum no„ſtrarum non capit: ſicut he„roum bellicorum animos „non capit paruulus. Apud „ipſos illos duumuiros inter„valla illa, quae bono ſenſu „ecſtatica dici poſſint, ſubi„tum quiddam et extraordi„narium fuere. Ne in ipſo„rum quidem poteſtate erat, „tales actus ex ſeſe quouis „tempore elicere. *Dolor* et *tri*„*ſtitia* de periculo et aerumna „populi: pudor pro eorum „culpa: zelus pro eorum „ſalute, pro tantae multitu„dinis incolumitate, pro Dei „gloria per tanti populi con„ſeruationem magis promo„venda: ita eos abſtulit, vt „ſui obliuiſcerentur tanti„ſper. — Senſus eſt: opta„bam Iudaeorum miſeriam „in meum caput conferre et „illorum loco eſſe. Vtrum „vero priuationem duntaxat „omnis boni, et deſtructio„nem vel annihilationem ſui, „an etiam perpeſſionem omnis „mali eamque et in corpore „et in anima et ſempiternam „optarit, aut in ipſo voti „illius paroxyſmo intellectui „ſuo obuerſantem habuerit, „quis ſcit, an Paullus ipſe in„terrogatus definiret? Certe „illud EGO penitus apud il„lum in pauſa erat; tantum „alios honoris diuini cauſa „ſpectabat. cf. 2 Cor. 12, 15." Caeterum, qui in his acquieſcere nolint, videant an magis iis probetur, cum *alii* ἀπὸ Χριστοῦ vertunt *propter Chriſtum; alii* idem redundanter poſitum ex hebraiſmo (quem equidem non noui. Formula מפני יהוה et מאלהי Pſ. 18, 22. non eſt mere πλεονάζουσα) vertendoque plane negligendum putant; *alii* denique cum *Elsnero* ηὐχόμην ἀπὸ

καὶ ἡ δόξα, καὶ αἱ διαθῆκαι καὶ ἡ νομοθεσία,
καὶ

απο χριστου iungunt: *optarim a Christo;* ex Latinismo, vt aiunt, pro ηυχομην τῳ χριστῳ l. προς τον χριστον. ὑπερ των αδ. μ. h. *i. ea re seruari et ad Christum adduci possent populares mei.* οἱ συγγενεις non *cognati,* sed *populares, eodem* γενει *i. gente oriundi* cf. 2 Cor. 11, 26. κατα σαρκα addit Ap., quia, ex quo tempore Christianus erat, *gentiles* etiam, nullo natalium nexu secum coniunctos, συγγενεις, αδελφους dicere consueuerat. cf. ad Gal. Exc. 9. Aut igitur versione omittendum est κατα σαρκα, aut vertendum: *secundum natales.* [Voc. αναθεμα nesse notionem καθαρματος 1 Cor. IV, 13. vel *hominis ad internecionem deuoti,* vix dubitauerim. Fuere quidem interpretes, et inter eos *Morus,* ὁ νυν εν ἁγιοις, qui verbum αναθ. emollirent, vertendo: *optarem magna clade affici.* Neque tamen locus, grammatice explicitus, sensum alium fundere videtur praeter huncce: *velim a Christo ipso ad internecionem destinari, dummodo populares saluentur.* Ad viuum haec resecanda non esse, si cum morum praeceptis conuenire debeant, facile concedo. Potest tamen consensus loci cum ipsa sanctitate officii seruari, si apostolum non aeternam animi salutem, sed *perituram corporis vitam* pro Israelitarum resipiscentia obtulisse iudicaueris.]

4. *Idque eo magis, cum inde ab antiquissima aetate tantis iuribus et priuilegiis a Deo ipso ornata haec gens fuerit.* Ισραηλιται, (vt *Abrahamidae* Io. 8, 33.) honoris nomen, quo gloriabantur Iudaei, cf. 2 Cor. 11, 21. Ab *Israele* vero, non *Iacobo* nomen ducebant, quia illud a Deo ipso traditum Iacobo dicitur Gen. 32, 28. vt esset symbolum gratiae diuinae. ὡν — υἱοθεσια pro οἵτινες εισι υἱοι. De voce υἱοθεσιας vide supra ad 8, 15. cf. v. 26. Deut. 14, 1. Exod. 4, 22. Ierem. 31, 9. Os. 11, 1. Philo de conf. ling. p. 348, B. *qui Israelitae sunt et* ὁρωντες τον θεον, *hos dicit* υἱους θεου, *ad quos pertineat* υἱοθεσια, και ἡ δοξα. Vulgo δοξα aut *arca foederis* intelligitur (quod Grotio probari video) coll. 1 Sam. 4, 21. 22. (reliqua, quae afferuntur, loca 1 Paral. 16, 27. 2 Paral. 6, 41. Ps. 63, 3. 78, 61. sunt e genere prorsus alio) aut, quae facilior ratio videtur *Vitringae* in obsvv. sacr. V, 16. p. 194. *Lockii,* aliorum, *ipsa nubes,* symbolum praesentiae

5 καὶ ἡ λατρεία καὶ αἱ ἐπαγγελίαι, ὧν οἱ πατέρες

sentiae diuinae, super arca comparens, vulgo שכינה dicta. 1 Reg. 8, 10. 11. 2 Paral. 6, 1. Exod. 40, 34. 35. Leuit. 9, 6. Ezech. 1, 28. 10, 4. Ef. 6, 1. LXX. add. Bechai in leg. fol. 100, 1. *Apparitio maiestatis diuinae in S. S. dicitur* כבוד יהוה *stilo vero sapientum* שכינה. Forte tamen δοξα, iuncta τῃ υἱοθεσιᾳ, *ipsa felicitas* intelligi poterit, *iis, qui sunt* υἱοι θεου *olim in regno Christi parata*, vt totius formulae ὧν ἡ υἱοθεσια και ἡ δοξα sensus sit hic: *qui vt filii aeternaeque felicitatis haeredes tractantur.* cf. 8, 15. 17. ὧν αἱ διαθηκαι *quibuscum iterata vice cum Abrahamo, Isaaco, Iacobo, Mose, sollenne foedus sanxisse Deus narratur.* cf. Gal. 3, 17. coll. Gen. 17, 10. Ebr. 9, 20. coll. Exod. 24, 8. Deut. 29, 1. Hinc pluralis διαθηκαι cf. ad Eph. 2, 12. Gal. 4, 24. add. מדרש הנעלם in *Sohar Chadasch* fol. 7, 4. R. Abba commentatus est ad verba Gen. 15, 18. in hunc modum: *Vox foederis quinque modis accipitur: 1, de foedere circumcisionis q. d. ibid. v. 13. 2, de foedere arcus Gen. 9, 13. 3, de foedere salis Num. 18, 19. 4, de foedere castigationum Exod. 9, 15. 5, de foedere sacerdotii Num. 25, 13.* De voce διαθηκης vid. ad Gal. 3, 15.

ἡ νομοθεσια i. q. νομος *ipse, legum diuinarum complexus, ius diuinum*, hebr. מתן תורה. cf. 2 Macc. 6, 23. *Philo* de vit. Mos. 1, p. 157 E. το δε της νομοθεσιας, ἱεροπρεπες, ὡς ου παρ' Ιουδαιοις μονον, αλλα και παρα πασι τοις αλλοις τεθαυμασται. *Ioseph.* de Maccab. 5. ουδ' εξαρνησομαι, σε, ἱεροσυνη τιμια και νομοθεσιας επιστημη. Similiter Graeci scriptores alii: *Dion. Halic.* Ant. l. II, p. 725. leges 12 tabularum dicit τοσαυτην εχοντας διαφοραν παρα τας ἑλληνικας νομοθεσιας. Alii *ipsam sollennem, quae inter tonitrua et fulmina, praesentissimi Dei signa, obtigerat legum promulgationem* (νομοθεσια, θεσις νομου Suid.) intelligere malint. λατρεια עבודה Exod. 12, 25. *cultus sacrorum externorum*, quae pars erat της νομοθεσιας Ebr. 9, 1. 6. Bene Theodoret. και ἡ λατρεια, των γαρ αλλων αυτους εθνων προτιμησας την νομικην ἱερουργιαν εδιδαξε. αἱ επαγγελιαι *promissa varia, tum per Mosen tum post eum saepius per prophetas populo Israelitico firmata et repetita* cf. Leuit. 26. Deut. 28. et innumera loca in Prophetis. Inprimis tamen retulerim eas l. h. ad *promissa de Messia venturo* cf. 4, 16. 20. Gal. 3, 16. 21. Ebr. 8, 6. Act. 26, 6.

5. ὧν οἱ πατερες *ad quos perti-*

ρες, καὶ ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς τὸ κατὰ σάρκα, ὁ

pertinent maiores noſtri deo inprimis cari: Abrahamus, Iſaacus, Iacobus, Dauides rell. Davides inter πατριαρχας Iſraelitarum refertur: Act. 2, 29. De tribus prioribus cf. Exod. 3, 13. 16. 4, 5. 13, 5. ΟΙ πατερες. *inclyti illi patres.* εξ ὧν (ſc. Ισραηλιτων εδει γενηθη-ναι vel εγενηθη) ὁ χριστος *Meſſias noſter* cf. ad Gal. 1, 1. Act. 3, 22. το κατα σαρκα. Ad *conditionem eam* Meſſiae, *qua ipſe homo ex hominibus oriundus erat,* eſſe haec referenda, dubio caret; quae quidem conditio cum eadem ſit *infirma, imbecilla, miſeriae mortique obnoxia,* etiam ad hanc *naturae humanae infirmitatem* reſpexiſſe Apoſtolus videri poteſt; modo non ea intelligatur imbecillitas, quae in *natalium fortunaeque externae tenuitate poſita,* certis tantum hominibus propria eſſe ſolet, (quam σαρκα nunquam dici memini) ſed *hominibus ſingulis communis, et ab ipſa humanitate non ſeiungenda* i. q. το ανθρωπινον, ἡ ανθρωπινη φυσις, cf. ad I, 3. ὁ ων επι παντων — αιωνας. Triplex eſt ad hunc locum interpretationis varietas exponenda, et quae cuiusque ſint commoda, quae difficultates, candide indicandum. *Vulgaris* formulam omnem ad χριστος refert l. ſenſu hoc: *qui idem eſt Deus ſummus aeternum adorandus* (ὁ ων επι παντων θεος, עליון אל pro ὁ ων ὁ μεγιστος θεος) l. quod alii praeferunt: *qui idem eſt dominus rerum omnium, Deus aeternum venerandus.* (ὁ ων επι παντων, θεος ευλογητος ε. τ. α. coll. Io. 3, 31. ὁ ανωθεν ερχομενος επανω παντων εστι). Permittit vtramque rationem haud dubie *tum* vſus loquendi (neque enim, ante επι παντων θεος *neceſſario* ὁ addendum fuiſſe, quia idem Eph. 4, 6. adiectum legitur, vlla veri ſpecie dici poteſt; Eraſmi vero ὁς ων pro ὁ ων ipſis adeo linguae rationibus plane aduerſatur) *tum* orationis contextus; qui quidem multo etiam faciliori via procedere videtur, ſi κατα σαρκα habet, quo referatur: cf. I, 3. Gal. 4, 29. (etſi nouam quandam ſententiam ſuperiori contrariam admodum *neceſſariam* fuiſſe, quod multis interpretibus videtur, non dixerim. cf. v. 3. 1 Cor. 10, 18. Act. 2, 30. ex lect. vulg.) Accedit, cum ὁ ων idem ſit quod ὁς εστι 1, 25. multo id facilius iungi iis, quae praeceſſerant, quam ad alia quaedam, quae demum ſequantur, referri cf. Io. 1, 18. 3, 13. 2 Cor. 11, 31. Quibus omnibus rationibus tantum gram-

ὁ ὢν ἐπὶ πάντων Θεὸς εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας· ἀμήν.

VARIAE LECTIONES.

5. ὁ ων επι — αιωνας Leuissima est codicum, caeterorumque librorum a vulgari loci huius lectione dissensio; quo scilicet amplior *Criticorum* et *interpretum* cupiditati locus relinqueretur. θεος quidem deesse ap. *Cyprianum*, (aduers. Iud. 2, 6.) *Hilarium* (ad Ps. 122.) et *Chrysostomum* (in homiliis ad h. l.) perhibuit Erasmus, *versionemque Syriacam* addidit Grotius: vtrumque vero non accurate. Deest tantum in Cypriani *editionibus tribus* (s. vitio librariorum, qui contractim scriptum *ds* vel απροσεξια vel *inscitia* praeterierunt) contra in editt. reliquis, vt in *Codd. Mscptis*, a *Manutio*, *Morellio*, *Pamelio*, *Millio* collatis legitur, veramque hanc esse lectionem, apparet non modo inde, quod in citandis locis S. S. Cyprianus constanter sequi solet Tertullianum, qui *Deus* hoc loco legit non semel; sed magis etiam, ex totius loci consilio, quod in probanda *diuina* Christi natura vnice versatur. Similiter in Hilarii (ad Ps. 122) editionibus accuratioribus Parisina 1693. et recentissima Benedictinorum T. I. p. 443. non desideratur θεος, sed sine obseruata codicum varietate legitur *qui est super omnia deus*, postulante idem totius loci Hilariani contextu. Adde locum alium de trinit. T. II. p. 240. Chrysostomus porro in textu homiliae in h. l. vtique habet θεος, (hom. XVI. tom. IX. ed. Montefalcon.) licet in ipso sermone non solum θεος, sed totam formulam ο ων επι παντων θεος hoc loco (alibi vtitur ea) praetereat. Verba haec: λογισαμενος, πρεπον ὁ θεος μετα του παιδος εποιησατο την σπουδην σωσαι αυτους, ανεβοησε μεγα, και ειπεν· ὅς εστιν ευλογητος εις τους αιωνας. αμην. Grotii vero assertum de versione Syriaca plane falsum. Ita enim illa: ܕܐܝܬܘܗܝ ܐܠܗܐ ܕܥܠ ܟܠ *qui est Deus super omnia:* denique Leonem M. in epiphonemate epistolae 83. omittere θεος, Bengelius in Appar. ad h. l. monuit; locus vero non recte citatus est, nec potui inuenire alium, in quo haec vox desideraretur; contra vero bis legitur ep. 99. et 112. επι παντων omittit. Vers. *Aethio-*

grammaticis, vnum hoc (quae enim a nonnullis addi solent: Apostolum ab *ipso Deo summo* non potuisse optare αναθεμα ειναι v. 3. l. Patrum antiquissimorum multos ad probandam hanc diuinam Christi naturam hoc loco vsos non fuisse, cum sint expeditu facillima (vid. ad v. 3. et var. lect.

ἀμήν. οὐχ οἷον δὲ ὅτι ἐκπέπτωκεν ὁ λόγος τοῦ 6
Θεοῦ·

Aethiopica; qua quidem vna varietate excepta Codices, Verſiones, Patres vnanimi ſuffragio ſtant pro lectione vulgari. Ex coniectura igitur alii, *Schlichtingius, Crellius, Whiſtonus* atque adeo *Whitby* et *Taylor*, locum ſic reſtitui voluerunt: ὧν ὁ επι παντων θεος, ratione vſi hac: quod, niſi ita legatur, *praecipua quaedam populi Iſraelitici praerogatiua* (DEVS O. M. *huic inprimis populo propitius Deus*) plane praetermiſſa videri debeat. Sed latet haec ipſa populi Iſraelitici dignitas in formulis υἱοθεσια, λατρεια, επαγγελιαι; (vid. Bengelii Gnom. ad h. l.) Praetereaque ante ὧν neceſſario addi και, vel potius ita locus ſcribi debuiſſet: ὧν δε και ὁ επι παντων θεος. —

lect. ad h. v.) tranſeo) vnum, inquam, hoc cum aliqua veri ſpecie obiici poteſt: non tantum nullo alio loco epiſtolarum Paulli Chriſtum hoc *ſupremi Dei* nomine ornari (loca enim 1 Tim. 5, 15. Tit. 2, 13. et Act. 20, 28, putantur eſſe incertae tum interpretationis, tum κρισεως) verum etiam, eundem ſaepius a deo ſummo expreſſe diſcerni, 1 Cor. 8, 6. 15, 27. 28. Eph. 2, 12. 1 Tim. 2, 5.: quae tamen ipſa difficultas, etiamſi ad theologicas eam ſoluendi rationes deſcendere nolis, hac vna re cogitanda tolli poſſe videtur: prorſus eandem rationem alios etiam Iudaeos ſcriptores ſequi ſolere, vt Meſſiam, quem *hominem* fore non diffitebantur, eundem *ipſum etiam Deum ſupremum* dicere non dubitarent. Exempla huius vſus loquendi vide haec: Midraſch Miſhle ad c. 19. fol. 57, 1. R. *Huna dixit: Octo nominibus appellatur Meſſias: quae ſunt: Iinnon* יהוה, *Zidkenu*, (ſic disiungenda inuicem eſſe *Iehoua Zidkenu*, ipſe numerus docet, cum niſi id feceris, *octo* nomina effici nullo modo poſſint) *Zemach*, *Menachem*, *Dauid*, *Siloh* et *Elias*. Midraſch Tehillim ad Pſ. 107, 1. fol. 20, 1. ad verba Ieſ. 35, 10. Et redemti Iehouae reuertentur: non dicit: redemti *Eliae* neque redemti *Meſſiae* ſed, redemti *Iehouae*; adde etiam Io. 12, 40. 41. coll. Ieſ. 6. Caeterum hac difficultate *ſola*, vt videtur, (eaque non *grammatica*, ſed *dogmatica*) compulſi interpretes alii mutata interpunctione maluerunt *vel* ſingula ὁ ων επι παντων — αιωνας *vel* ſaltem haec: θεος ευλογητος εις τ. α. ad *Deum patrem* referre; in cuius laudes erumpere ſolere Apoſtolum, quotiescunque

Θεοῦ· οὐ γὰρ πάντες οἱ ἐξ Ἰσραὴλ οὗτοι Ἰσραήλ· οὐδ'

que singularis cuiusdam beneficii diuini meminerat, doceri poteſt locis his: Gal. 1, 5. Rom. 1, 25. 2 Cor. 11, 31. Igitur nonnulli poſt σαρκα colon ponunt: alii poſt παντων; illi: *Deus ſummus aeternum ſit laudatus;* hi: *Chriſtus, qui idem eſt dominus omnium: laudatus ſit Deus aeternum.* Vtrique tamen rationi obſtant difficultates *Grammaticae* hae: *Vna*, quod Doxologiae in Deum patrem exempla propoſita, non ſunt loco noſtro ſimilia, cum in *iſtis* quidem *ſingulis* de deo patre ſermo antea fuerat, *hoc noſtro loco* non item: *altera*, quod ipſa conſtructio a vulgari epiphonema doxologicum *hebraice* et *graece* conſtruendi ratione eſt magnopere aliena. Scribi enim debuiſſet vel: ὁ δε θεος ὁ ων επι παντων, ευλογητος ειη εις τους αιωνας vel ad formam hebraici ברוך יהוה (non יהוה ברוך) ευλογητος ὁ θεος, ὁ ων επι π. cf. Gen. 9, 26. 14. 20. 24, 27. Exod. 18, 10 alibi. Accedit, priori rationi, quae poſt σαρκα interpungit, ipſum etiam participium ων obſtare, quod ex communi omnium linguarum vſu, inprimis vero ex orationis Paullinae more, ad ſubiectum proxime praecedens vtique eſt referendum. Quibus quidem omnibus ſi tu opponere velis orationis Apoſtolicae negligentiam, quae quominus omnia ad ſummam Grammaticae diſciplinae in conſtruendis vocibus ακριβειαν exigantur, prohibeat; dicis quidem, quod verum eſt; idem tamen, *ſine cauſa* et *temere* in nullum locum transferri debet, niſi omnem interpretationis veram certamque rationem tollere velis.

Plura de hoc loco recentiſſima theologorum diſputatione ſatis vexato addere, ab huius loci conſilio alienum foret. Quae in vtramque partem copioſe diſputata fuerunt qui vult cognoſcere, legat: *Baumgartenii* Programma ſuper h. l. adiunctum eiusd. Auslegung des Briefs Paulli an die Römer. *Semleri* Paraphraſin ep. ad Rom. eiusdemque Epiſtolam ad Griesbachium miſſam Hal. 1770. *Benneri* ſuffragium pro gloria Chriſti ex Rom. 9, 5. inprimisque *Noeſſelti* Interpretationem Cap. huius IXni in opuſculis Eius p. 127. quibus adde Allgemeine teutſche Bibliothek T. XX. p. 90 ſqq. αμην vulgaris poſt doxologiam formula, ſenſu partim *confirmandi* partim *optandi*. 1, 25. 2, 36. 16, 27. Gal. 1. 5, Eph. 3, 21. Phil. 4, 20. 1 Tim.

οὐδ' ὅτι εἰσὶ σπέρμα Ἀβραάμ, πάντες τέκνα· 7
ἀλλ'.

VARIAE LECTIONES.

7. Pro ὅτι legit ὅτοι Cod. 23. ὅτοι Oecumenius; idem, omiſſo εἰσι, Cyr. *Qui* Vulg. ed: *Codices* tamen *Hilarius* et *Auguſtinus*, *quia*,

1 Tim. 1, 17. 2 Tim. 4, 18. Hebr. 13, 21. [Nolumus huc transferre, quae de h. l. diſputauimus in libro: *bibliſche Theologie* ed. 2. t. I. p. 220 ſ. Iuuat tamen monere, interpretes, qui poſt παντων interpungant, πατερων, κτισματων, vel ſimile quid ſupplentes, argumentis h. *Koppii* ad incitas nondum redactos eſſe. Conſtat enim primum, Chriſtum ex ſententia Pauli beneficio patris ad coeleſtem dignitatem euectum eſſe Phil. II, 9. Deinde orationis feriei neutiquam repugnat, inter Iſraelitarum praerogatiuas etiam hoc referri, quod Chriſtus e ſtirpe eorum naſcendi originem contraxerit. Multo minus adhuc alienum videtur, apoſtolum propter hoc inſigne beneficium in ſummi Dei laudes erumpere. Adde verſum ſequentem, quo λογου θεου ad Chriſtum referendum non eſſe, omni dubitatione caret.]

6. Ne, quae Apoſtolus ipſe de Iſraelitarum dignitate hactenus ſcripſerat, in ſenſum eum detorquerentur, quaſi propter has ipſas praerogatiuas, olim populo Iudaico conceſſas, etiam nunc promiſſum aliquod ius ſibi arrogare poſſent Iudaei, beneficia in Meſſiae regno obtinenda ſibi ſolis vindicandi, eademque, ſi fidem ſeruare Deus velit, ab eo expoſtulandi; occurrit prauae huic interpretationi ſic, vt doceat: *Iſraelitas*, *ad quos quidem promiſſa illa diuina pertinent*, non intelligendos eſſe gente et natalibus vel circumciſione Iudaeos, verum potius *eos omnino homines*, *quos partim ex Iudaeis partim ex gentibus aliis ſine vllo ipſorum merito ex ſola libera benignitate ornare his beneficiis Deus ipſe apud ſe conſtituerat.* Inprimis vero notandum, agi toto hoc loco non de *ſingulorum hominum ſalute*, quam dicere ſolemus, *aeterna*, ſed de *gentium*, *Iudaicae aliarumque in his terris ad veram Meſſiae religionem cum eaque coniunctam felicitatem inuitatione*; quae quidem, cum non neceſſario vim eam habeat, vt *vel* inuitatus quisque (v. c. Iudaei omnes atque ſinguli) aeterna etiam ſalute potiatur; *vel* noninuitatus (v. c. Ethnici verae religionis reuelatae expertes) eiusdem aeternae felicitatis iacturam faciant; hinc etiam apparet, quod ſupra iam obſer-

vatione

ἀλλ᾽· "ἐν Ἰσαὰκ κληθήσεταί σοι σπέρμα."

τουτ-

vatione alia efficiebamus: male agere, qui *toto hoc loco* vel ad *defendendum* vel ad *impugnandum abſolutum aliquod Dei de aeterna hominum ſingulorum ſalute decretum* vtantur.

ουχ οἱον — Ισραηλ. *Nolitis vero arbitrari, Deum non ſtare promiſſis: imo vero non, quisquis eſt natione Iudaeus, idem etiam eſt veri nominis Iſraelita, ad quem promiſſa diuina pertinent.* ουχ οἱον vulgo interpretantur ου δυνατον (Rabbin. (אי אפשר שיפול) verum ex graecitate non modo poſt οἱον ſequi debuiſſet τε (Harpocrat. οἱος ει και οἱος τε ει· το μεν χωρις του τε σημαινει το βουλει και προῃρησαι. το δε συν τῳ τε το δυναται vid. loca plura ap. Wetſtenium: ab eodem vero pro omiſſione του τε allata loca nullam vim habent; cum vtroque loco Ariſtotelis Polit. III. ὁ νομος ουχ οἱος ποιειν αγαθους και δικαιους πολιτας et Gorgiae in Palamede: αλλα σοι ουκ ην οἱον μονον μαρτυρας, αλλα και ψευδομαρτύρας εὑρειν, ſit οἱος ην et οἱον σοι εστι idem quod βουλεται, βουλει.) verum etiam conſtruendum fuiſſet cum infinitiuo εκπεπτωκεναι, non cum ὁτι et tempore finito. Sequor igitur interpretes eos, qui cum Eraſmo et Luthero ουχ οἱον ὁτι idem putant eſſe quod ὡς ὁτι (2 Theſſ. 2, 2.) *quaſi*; cf. Ariſtaenet. L. 1. ep. 1. οἱον εις ὑπερφυες παραδειγμα καλλους αφορωντες *quaſi ad eximium pulchritudinis exemplar reſpicientes*; idque ex populari loquendi vſu interpretantur ſic: τουτο δε ου λεγω (l. μη δοκειτε δε,) ὡς ὁτι εκπεπτωκεν — Nicht aber als wenn (h. glaubt aber ja nicht daſs —) drum Gottes Ausſprüche unerfüllt blieben. *Munthii* denique ratio, qui in Obſeruatt. Philol. ex Diodor. vertit ουχ οἱον *tantum abeſt*, iungitque τῳ αλλα v. 7. (*yet ſo far was the word of promiſe from failing by the adoption of the gentiles, that in Iſaac alone the ſeed ſhall be bleſſed with perpetual duration*) nec vſu loquendi confirmatur, nec totius loci contextus eam admittit. λογος θεου דבר יהוה *promiſſa diuina* cf. Pſ. 106, 12. 119. 25. Grotius: *minas Dei contra contumaces Iſraelitas* coll. Leuit. 26, 14. Deut. 27, 15. 28, 15. Ioſ. 24, 20. vnde, quae ſequuntur, ſuperioribus ita iungit: *Quamquam haec vera ſunt, tamen fieri nequit, vt irritae ſint minae dei.* Facilior videtur ratio vulgaris. εκπεπτωκεν a πτοω, πιπτω. λογος εκπιπτει l. πιπτει l. διαπιπτει, hebr. נפל, *irrita fit*

promiſ-

τουτέστιν, οὐ τὰ τέκνα τῆς σαρκὸς ταῦτα τέκνα
του

promiſſio 1 Sam. 3, 19. Ioſ. 21, 45. 23, 14. 2 Reg. 10, 10. Iudith. 6, 9. 1 Cor. 13, 8. Gal. 5, 4. 2 Petr. 3, 17. ου γαρ pro αλλ' ου, και τοι ου. *Imo vero non.* ου παντες (mitius dictum pro: πολλοι ουκ εισι contra Iudd. ſententiam: SE *omnes* et *ſolos* eſſe populum dei.) οἱ εξ Ισραηλ (pro: οἱ Ιουδαιοι, οἱ εκ γενους Ιουδαιων) οὗτοι (pro εισι hebr. הם vid. ad v. 8.) Ισραηλ, Ισραηλιται. In voce Ισραηλ emphaſin eſſe quisque videt. *Iſraelitae ii, ad quos pertinent promiſſa Dei, Iſraeli patri fiducia et obſequio in Deum*, (cuius ſolius cauſſa. ישראל dicebatur Iacobus Gen. 32, 28.), *ſimiles.* [Ante omnia tenendum, v. 7. pendere a praecedente 2. *Neque tamen propterea ſtatuendum eſt, Deum promiſſis haud ſtetiſſe:* haec enim non ad progeniem Abrahami naturalem, ſed ſpiritualem pertinent IV, 12.]

7. ſq. Quae ſequuntur ad verſum vsque 13 illuſtrant ſententiam hanc: *non a natalibus pendere, vt quis beneficiis a Deo ornetur.* Vtitur in eam rem Ap. exemplis, quibus Iudaeorum, Abrahami natalibus gloriantium, faſtus opponere nihil poterat, *poſterorum* tum (v. 7-9.) *Abrahami* ipſius, cuius non poſteri omnes, ſed ſola Iſaaci proles ſingularem quandam Dei beneuolentiam experiebatur; neglectis quodammodo Iſraelitis, poſterisque Keturae; tum (v. 10-13.) *Iſaaci*, cuius non *Eſavus*, ſed *Iacobus*, gentis Iudaicae tantis olim a deo beneficiis ornandae progenitor ſtatorque erat a Deo deſtinatus. Loca ſimilia Philo plura habet, in hoc vno differens a Paullo, quod contra omnem hiſtoriae Moſaicae fidem *virtuti meritisque* Iſaaci et Iacobi prae Iſmaele et Eſauo inſignioribus nimium tribuit. vid. Leg. Allegor. III. p. 104. παλιν δε τον Ιακωβ και τον Ησαυ, τον μεν αρχοντα και ἡγεμονα και δεσποτην, τον δε Ησαυ ὑπηκοον και δουλον ετι κατα γαστρος οντας, Φησιν ειναι. Ὁ γαρ ζωοπλαστης Θεος επισταται τα ἑαυτου καλως δημιουργηματα, και πριν αυτα εις ακρον διατορευσαι, τας τε δυναμεις, αἱς αυθις χρησονται, και συνολως τα εργα τουτων και παθη. επειδαν γαρ πορευεται ἡ ὑπονοητικη ψυχη Ρεβεκκα πυθεσθαι παραθεω, αποκρινεται αυτη, ὁτι δυο εθνη εν τη γαστρι σου εστι — και Ὁ ΜΕΙΖΩΝ ΔΟΥΛΕΥΣΕΙ ΤΩ ΕΛΑΣΣΟΝΙ. Id. de nobilitate II. p. 441. πολυπαις ην ὁ πρωτος εκ τριων παιδοποιησαμενος γυναικων, ου δι ἡδονης απολαυσιν, αλλα δι ἐλπιδα του πληθυ-

τοῦ Θεοῦ· ἀλλὰ τὰ τέκνα τῆς ἐπαγγελίας λογίζεται

πληθυναι το γενος. Αλλ' εκ πολλων εις μονον απεδειχθη κληρονομος των πατρωων αγαθων, οι δ' αλλοι παντες γνωμης υγιους σφαλεντες και μηδεν των του γεννησαντος απομαξαμενοι, διωκισθησαν αλλοτριωθεντες της αοιδιμου ευγενειας. Παλιν εκ του δοκιμασθεντος κληρονομου δυο διδυμοι γεννωνται· μηδεν οτι μη χειρας ὁμοιον επιφερομενοι. Ὁ μεν γαρ νεωτερος κατα πειθης ην, ὁ δε μειζων απειθης. Τοιγαρουν τω μεν ευχας τιθενται τας ανωτατω, βεβαιουντος αυτας θεου· τω δε κατ' ελεον χαριζονται την υπηκοον ταξιν, ινα δουλευη τω αδελφω. add. de praemiis et poenis p. 417. de Cain et Abel. p. 164. ουδ' ὁτι pro ουδε γαρ. *Sind ja doch auch nicht* — ὁτι vel redundat vt hebr. כי faepius, vel eft pro διοτι pofitum, vt fit ante παντες fupplendum δια τουτο. *Neque vero quia funt* σπερμα, *ideo omnes etiam* τεκνα *funt Abrahami.* σπερμα A. pro γεννηθεντες εκ του Αβ. hebr. זרע. τεκνα emphatice pofitum l. *patris fimiles* (cf. 4, 12. Gal. 3, 7-9. Io. 8, 39. Seneca ep. 44. *de iis, qui Socrate aut Platone ortos fe iactabant: Hi maiores tui funt; fi te illis geris dignum.*) l. *pleno iure filii, iidemque haeredes bonorum omnium, quae funt patris fiue re ipfa, fiue fpe et promiffione.* Gen. 25, 5. 6. cf. Rom. 8, 17. et mox v. 8. τεκνα θεου. αλλ' concife pro αλλ' ερρεθη ούτως, quod interpunctione indicaui. εν Ισαακ - σπερμα. Sunt ipfa verba hebraica Gen. 21, 11. 12. ביצחק יקרא לך זרע h. *Ifaacus is eft, per quem continget tibi ftirps, nobiliffima olim atque celeberrima futura.* נקרא καλεισθαι i. q. ενδοξον γινεσθαι.

8. 9. Quicquid inter vtrumque, Ifaacum et Ifmaelem, difcriminis intercedebat, id ex fola gratiofa dei promiffione effe repetendum nunc oftenditur. τουτ' εστιν *quod hanc vim habet, quod ita eft intelligendum.* τεκνα της σαρκος quod fupra σπερμα, cf. ad Gal. Exc. IX. ταυτα hebr. הם pro verbo fubftant. εστι, ειτι, vt ούτοι v. 6. et ούτος v. 9. τεκνα του θεου i. q. v. 7. τεκνα fimpliciter; quia, qui Abrahamidarum nomine gloriabantur, Ifraelitae, iidem etiam nomen בני יהוה h. *populi Deo filiorum inftar cari atque dilecti*, prae fe ferre folebant cf. ad Gal. 3, 7. τεκνα της επαγγελιας pro επηγγελμενα. In voce επαγγελιας ex perpetuo Paulli loquendi vfu femper eft tenenda *liberae benignitatis diuinae* fignificatio: *filii ii, ad quos pertinet fingulari beneficio diuino promiffa*

ζεται εἰς σπέρμα. ἐπαγγελίας γὰρ ὁ λόγος 9
τος· "Κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον ἐλεύσομαι, καὶ
ται τῇ Σάῤῥᾳ υἱός." οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ 10
εβέκκα ἐξ ἑνὸς κοίτην ἔχουσα, Ἰσαὰκ τοῦ πα-

τρὸς

issa Abrahamo felicitas. σπερμα h. l. vt in verbis Moss. id. v. 7.) i. q. τεκνα *filii veri, re pleno.* λογιζεται εις (חשב am ל) — i. q. νομιζεται ειναι *eputantur esse vera proles lbrahamitica ideoque tra-antur a Deo vt filii.*

9. Eadem sententia ipso ora-ulo diuino confirmata. Lo-us est Gen. 18, 10. isque um textu hebraeo et graeco *ententia* accurate, *verbis* vero *constructione grammatica* um neutro consentiens. He-raica haec: שוב אשוב אליך כעת חיה והנה בן לשרה אשת LXX. ιδου επαναστρεφων ηξω ρος σε κατα τον καιρον του-ον (f. כעת חיה) εις ωρας (du-lex videtur esse interpretatio ebraei כעת) και εξει υιον Σαρρα η γυνη σου. cf. Exc. I. ΕΠΑΓΓΕΛΙΑΣ γαρ ο λογος ουτος. Voci επαγγελιας est paullisper tono inhaerendum, non voci ουτος, quam etiam hic (ex hebr. הוא) pro verbo substantiuo εστι positam acci-pio. *Denn* WORT DER VER-HEISSUNG *wars: Um die Zeit will ich kommen.* — ελευ-σομαι. Venire ad homines, *in-visere, respicere* eos dicitur, quum *praesentem se benefa-ciendo ostendit.* Luc. 1, 48. 68. 78. 18, 44.

10. Exemplum alterum *Isaaci* sola Dei benignitate fratri Esauo antepositi maio-rem etiam in Iudaeorum ani-mos vim habere debuit, *par-tim* quod vterque *matre ea-dem et quidem ingenua* natus erat; *partim* quod, alterius conditionem prae altero su-perioremælioremque fore, multo ante quam nati erant, expresso oraculo diuino iam declaratum fuerat. Optime Theodoretus ad h. l. ει νομι-ζεις, φησι, δια την Σαρραν προτιμηθηναι τον Ισαακ του τε Ισμαηλ, και των απο της Χετ-τουρας γενομενων παιδων τῳ Αβρααμ, τι αν ειπῃς περι της Ρεβεκκας; ενταυθα γαρ και μια μητηρ και εις πατηρ και μια συλληψις· διδυμοι γαρ οἱ παιδες. τουτο γαρ ειπεν· εξ ἑνος κοιτην εχουσα. ου μονον δε suppl. Σαρρα [ειχε λογον επαγ-γελιας] quod et seq. Ρεβεκκα satis apparet. Ratio etiam, cur ad *Rebeccam* potius quam *pa-trem Isaacum* prouocet Ap., in ipso, quod praecesserat, *Sarae* nomine est quaerenda.

αλλα

11 πρὸς ἡμῶν· μήπω γὰρ γεννηθέντων, μηδὲ
πραξάντων τὶ ἀγαθὸν ἢ κακὸν, ἵνα ἡ κατ'
ἐκλογὴν πρόθεσις τοῦ Θεοῦ μένῃ οὐκ ἐξ ἔρ-
12 γων, ἀλλ' ἐκ τοῦ καλοῦντος, ἐῤῥήθη αὐτῇ·
"Ὅτι

αλλα και Ρεβ. ſc. επαθε το αυτο. *Idem accidit Rebeccae, vt non vterque, ſed vnus tantum filius eius ſingularibus beneficiis diuinis bearetur.* Alii Ρεβεκκα nominatiuo abſoluto accipiunt: *ad Rebeccam quod attinet* coll. Act. 7, 40. Apoc. 2, 26. 3, 12. 21. Ita vero omittendum fuiſſet γαρ poſt μηπω v. 11. εξ ἑνος — Ισαακ facillime iunguntur. Alii εξ ἑνος pro εκ μιας συνουσιας accipiunt: *ex vno concubitu, ſimul, ſemel.* Alii aliter vid. Wolf. κοιτην εχουσα i. q. συλλαβουσα, εν γαστρι εχουσα. κοιτη hebr. שכבה et משכב primum *cubile*, deinde *concubitus ipſe* συνουσια, (13, 13. Hebr. 13, 4. Herodot. vit. Hom. I. τῳ Μελανωπῳ γινεται εκ κοιτης θηλυ τεκνον) tum *ſemen virile* hebr. שכבת זרע (*plene* κοιτη σπερματος Levit. 15, 16. 18, 20. 19, 20. 22, 4. *defectiue*, Num. 5, 20.) denique, vt זרע, loco noſtro *ipſa proles.*

11. 12. μηπω γεννηθεντων — ερρηθη αυτῃ. Locus eſt Gen. 25, 23. isque accurate ſecundum hebr. et graecum textum expreſſus. μηδε πραξαντων τι αγαθον η κακον. Conſilio addita haec, vt *proprii cuiusdam meriti* in beneficiis diuinis obtinendis notio amoveretur, ſicque obiectioni Iudaeorum, *Eſauum improbum, huiusque improbitatis cauſa a deo reiectum fuiſſe,* locus omnis praecluderetur, ὁ μειζων - ελασσονι. *Poſteri natu maioris Eſaui ſeruire cogentur poſteris natu minoris Iacobi.* (De *poſteris* enim, non de *parentibus ipſis* oraculum intelligendum eſſe, apparet ex iis, quae loco Geneſeos praeceſſerant: שני גוים בבטנך). Quod oraculum euentu non caruiſſe conſtat. Idumaei a Dauide in ſeruitutem redacti 2 Sam. 8, 14. excuſſerunt quidem iugum imperante Ioramo, 2 Reg. 8, 20. 22. ſed iterum deuicti a Maccabaeis 1 Macc. 10, 27. 31. tandem ab Hyrcano penitus ſunt debellati. Ioſeph. Antiq. 13. 9. 1. ἱνα η - καλουντος quae res (ſc. quod longe ante vtriusque natales iſtud oraculum obtigit) *argumento eſſe poteſt, voluntatem diuinam in tribuendis negandisque beneficiis ſingularibus non pendere ex meritis hominis eiusque dignitate*

"Ὅτι ὁ μείζων δουλεύσει τῷ ἐλάσσονι·" καθὼς

ate quadam, *sed tantum ex gratia Dei.* ἵνα eſt ἀποδεικτικον *zum Beweiſe daſs.* ἡ κατ' εκλογην προθεσις του θεου προθεσις, βουλη (vt bene vertit Oecumenius) et βουλημα ſynonyma. Hinc προθεσις καρδιας Act. 11, 23. et προθεσις ſimpliciter 2 Macc. 3, 8. cf. 2 Tim. 1, 9. Rom. 8, 28. Heſychius προαιρεσις. *Gratiae* ſignificationem vocabulo *per* ſe ineſſe dubito, etſi in tali contextu, quo de ſolis *beneficiis* diuinis ſermo eſt (v. c. 2 Tim. 1, 9.) eandem *voluntatem* (προθεσιν), pro *benignitate* (χαριτι) etiam dici poſſe nemo negauerit. Locum vero noſtrum, qui non tantum de *collatis*, verum etiam *negatis* a Deo *recuſatisque* beneficiis agit, non ex eo genere eſſe, quisque videt εκλογη (מִבְחָר ab εκλεγειν, προαιρειν Deut. 7, 6. 10, 15. Prov. 8, 29. cf. ad 1 Th. 1, 4.) vel *ipſa electio*, qua alter alteri *praefertur*, vel, quae ſignificatio in N. T. inprimis obtinet, *dignitas et beneficium ipſum*, quo quis *prae aliis ornatur*. cf. ad 11, 5. 28. Act. 9, 15. σκευος εκλογης h. εκλεκτον, τιμιον 1 Th. 1, 4. 2 Petr. 1, 10. Ex vtraque ratione ἡ κατ' εκλογην προθ. θεου erit *voluntas diuina, qua beneficia quaedam ſingularia alteri condonat, alteri negat.* προθεσις εν ἡ τους μεν εκλεγεται ὁ θεος, τους δε αποδοκιμαζει. Secundum alios εκλογη ipſa eſt *in eligendo libertas* cf. Ioſeph. Ant. II, 8, 14. ideoque ἡ κατ' εκλογην προθεσις *libera dei voluntas* coll. 10, 2. ζηλος κατ' επιγνωσιν 11, 21. οἱ κατα φυσιν κλαδοι 2 Cor. 8, 2. ἡ κατα βαθος πτωχεια. Vnde ſenſus totius loci ἵνα — καλουντος ſic conſtituitur: *vt appareret, quicquid deus decernit, libere eum decernere non propter hominis meritum, ſed pro ſua decernentis voluntate.* Deſidero tamen huius vſus loquendi exemplum ſimile ex N. T. repetitum. ἵνα μενῃ pro αει γενηται, *vt appareat, nihil vnquam hominis merito, ſed omnia tribuenda eſſe gratiae diuinae.* εξ εργων ειναι *ita rationem habere dignitatis indignitatisque hominis, vt gloriandi occaſio maneat.* cf. ad 3, 24. 4, 6. 11, 6. Eph. 2, 9. 2 Tim. 1, 9. εκ του καλουντος *pro libera et gratioſa Dei voluntate* i. q. δωρεαν, τῃ αυτου χαριτι 3, 24. εκ του ελεουντος θεου v. 16. καλειν et εκλεγειν mere ſynonyma. Vtrumque de *beneficiis ſingularibus*, quibus homines a deo ornantur, maxime de *verae religionis beneficio in Iudaeos Chriſtianosque collato*, conſtans vocabulum. cf. ad Gal. 1, 6. ὁ καλων

13 καθὼς γέγραπται· "Τὸν Ἰακὼβ ἠγάπησα, τὸν δὲ
Ἠσαῦ ἐμίσησα."

Τί

καλων periphraſis *Dei* cf. ad Gal. 1, 6. [Ἡ κατ' εκλογην προθεσις רעיון כמבחר eſt προορισμος κατ' ευδοκιαν Epheſ. I, 5. *propoſitum Dei liberum, non a meritis hominum, ſed a propria* αυτοπραγια *pendens.* Maluit enim apoſtolus numini *arbitrium abſolutum* tribuere, quam Iudaicam natalium atque meritorum iactationem alere.]

13. Locus eſt Malach. 1, 3. isque non tam referendus ad proxime ſuperiora v. 12. quam potius ad parentheſin ἱνα — καλουντος, quae quidem ſententia eo loco firmari poterat. καθως γεγραπται. *In diſtribuendis vero beneficiis omnia a benignitate diuina pendere, nec quemquam ſuo vnquam merito eadem accepta referre poſſe, ipſum prophetae oraculum docet.* Ιακωβ ηγαπησα — εμισησα *Iacobum praetuli Eſauo. Iacobus* et *Eſauus* tum *gentis Iſraeliticae* et *Idumaeae ſtatores et progenitores*, tum *gentes ipſae* intelligi poſſunt; ſalua ſententia et contextu locorum tum Prophetae tum Paulli. Ηγαπησα vero et εμισησα ex loci conſilio et Paralleliſmi legibus ſunt interpretanda. Ex illo apparet, non agere Apoſtolum de propria hominis vel dignitate vel indignitate, ideoque *odii* (quo non niſi *ſua culpa prauum et malignum* hominem proſequitur bonus quisque) notionem propriam locum habere non poſſe; ex hoc vero, in vocabulis quidem maxime contrariis ſententiam tamen ipſam vel *plane non*, vel tantum *quodammodo contraria* ratione eſſe conſtituendam. Exempla huius ipſius formulae cf. Gen. 29. 30. 31. Deut. 21, 15. Prouerb. 13, 24. quibus quidem locis ſingulis שׂנא eſt *poſthabere, minus amare, ſeverius tractare alterum prae altero;* ſimiliter in N. T. Matth. 6, 24. Luc. 14, 26. (coll. Matth. 10, 37.) Io. 12, 25. Eſt vero beneficium illud, quod, neglecto Eſauo, in Iacobum Deus contulit, *ipſa illa electio Iacobitarum, vt eſſent populus vera religione Deo tanquam proprius.* cf. Deut. 7, 6-8. [In exploranda caeterum argumentatione Pauli ante omnia quaerendum eſt, numne Malachiae locus inter oracula poſt euentum ſcripta referendus ſit? Sors Eſaui ſaltem Iacobo poſthabiti certe non e numinis εκλογη aut μισηματι, ſed ex rationibus longe aliis ſuſpenſa fuit.]

14.

Τί οὖν ἐροῦμεν; μὴ ἀδικία παρὰ τῷ Θεῷ; μὴ γένοιτο. 14

14. seq. Cum, quod huc-usque declarauerat variisque modis illustrauerat et vindicauerat Ap., non *omnes* Israelitas, sed *quosdam* tantum singulari hoc fidei in Iesum Christum beneficio ornet Deus, maxima eorum parte in incredulitate sua misere relicta, *non iniuste eum agere* docetur sic, vt *primum* vniuerse ponat hoc: quicquid deus agat, id per se iniustum nullo modo esse posse (μὴ γένοιτο;) *deinde*, Deum alio etiam tempore idem egisse, propositis exemplis aliis, maxime Aegyptiorum regis, ostendat, stulteque et impie agere eum, qui propterea Deum in ius vocare ausit, doceat (15-21.); *denique* ipsos Israelitas incredulos partim de subtracta iis benignitate conqueri non posse, (cum in ferenda hactenus eorum incredulitate et vitiositate admodum clementem et indulgentem se iis praestiterit v. 22.) partim vero ipsorum incredulitate illam ipsam Dei benignitatem (adducendis ad verae religionis felicitatem in eorum locum aliis gentibus) magis etiam declarari v. 23 sqq. doceat. Relegantur vero in-primis ad hunc locum, quae de consilio Apostoli in tota hac oratione diligenter attendendo ad initium Cap. scripsimus, conferanturque, quae in eandem sententiam elegantissime Bengelius ad nunc versum notauit. "Iudaei putabant, se nullo modo abdicari posse a Deo, gentes nullo modo posse recipi. Vt igitur etiam homo probus aduersus flagitatores morosos inuidosque maiore cum ἀποτομίᾳ agit (vt ius suum vel patroni tueatur, neque alieno tempore liberalitatis suae laudem prodat ac proiiciat) quam reuera sentit; sic Paullus contra Israelitas solo suo nomine meritisque fretos potestatem et ius Dei defendit, qua in re iis opportune tunc phrasibus interdum vtitur, quibus ante hac in disciplina Pharisaica videtur assuetus fuisse. — Alia est igitur sententia verborum Paulli, qua satisfacit responsatoribus operariis; alia, mitior, latet in aenigmate verborum pro fidelibus. Etiam in sacris scripturis, praesertim vbi a thesi ventum est ad hypothesin, τὰ ἤθη, non modo οἱ λόγοι, expendi debent. Et tamen commentarius nullus ita planus esse potest, quem facilius, quam Paulli textum, intelligat operarius." τί οὖν ἐροῦμεν formula sollennis Ap. vt dubitationem vel obiectionem repellat. μὴ ἀδικία π. Θεῷ hebr. העשיר עם יהוה Deut. 32, 4.

pro:

15 γένοιτο. τῷ γὰρ Μωσῇ λέγει· "Ἐλεήσω ὃν ἂν
16 ἐλεῶ, καὶ οἰκτειρήσω ὃν ἂν οἰκτείρω." ἄρα οὖν
οὐ

pro: μη αδικος ὁ θεος; μη γενοιτο, *blasphemum eſt, talia de deo vel cogitare, nedum dicere.* Ita breuiſſime tota obiectio repellitur tanquam *inſana* ,et *viro bono atque pio indigna*, nulla addita copioſiore ſententiae demonſtratione. Quae enim ſequuntur 15-18, non continent *rationes, cur iniuſtitiae argui Deus non poſſit*, ſed *exempla alia, vnde pro libera voluntate ſua ſaepius Deum ſic agere ſolere, appareat.*

15. Γαρ non aetiologicum, ſed mera transeundi formula pro: τον δε αυτον τροπον λεγει τω Μωυση. *Eodemque modo cum Moſe ipſo Deum egiſſe legimus.* Alii, inprimis Heumannus vv. 15-18. non *Paulli*, ſed *aduerſarii Iudaei* ſententiam contineri putant; ſine vlla idonea ratione, (cum ſit ſententia, ei, quam haud dubie Apoſtolus ipſe profeſſus fuerat vv. 10-12. plane conſentiens), et, vt ſuus quemque ſenſus docere poterit, duriſſime, vid. S. V. Noeſſelt l. cit. ελεησω - οικτειρω. Locus eſt Exod. 33, 19 agitque non de *gratia Dei, quae eſt in condonandis peccatis*, ſed de *ſingulari beneficio in Moſen conferendo* hoc: *vt, quod nemini alii contigit, ipſam videret Dei praetergradientis maieſtatem audiretque oracula eius ſolenni aliqua ratione ei ſignificanda.* Hinc ελεειν et οικτειρειν hebr. חנן et רחם non ſunt ex Graecitate *de miſericordia*, ſed ex hebr. de *benignitate* et *gratia* vniuerſa interpretanda: futura vero ελεησω et οικτειρησω, vt praeterita hebr. חנותי et רחמתי (quae loco Moſ. exſtant), pro aoriſtis accipienda, ſententia hac: *pro lubitu diſtribuere ſoleo beneficia mea.* Qua quidem formula vtimur omnes, cum *vel* omnino beneficiorum rationes, etſi iis non deſtituimur, exponere aliis renuimus. *vel* inprimis eos, quibus benefecimus, a propriae cuiusdam inſignioris dignitatis opinione deflectere volumus. Prior ratio apta eſt loco Moſaico (cf. Tacit. A. VI, 8. *Non eſt noſtrum aeſtimare, quem ſupra caeteros et quibus de cauſſis extollas: tibi ſummum rerum iudicium dii dederunt; nobis obſequii gloria relicta eſt*) poſterior inprimis loco huic Paullino: *Nemini quicquam debeo, gratis do mea.*

16. Ex iſto oraculo diuino ſponte ſequebatur, non quidem

ου τοῦ θέλοντος, οὐδὲ τοῦ τρέχοντος, ἀλλὰ τοῦ
ἐλεοῦντος Θεοῦ. Λέγει γὰρ ἡ γραφὴ τῷ Φαραὼ 17
Ὅτι εἰς αὐτὸ τοῦτο ἐξήγειρά σε, ὅπως ἐνδείξωμαι
ν σοὶ τὴν δύναμίν μου, καὶ ὅπως διαγγελῇ τὸ

ὄνομά

em hoc: *plane superfluum* *sse*, *vt homo ipse agat*, *vi-ibusque diuinitus concessis* *tatur*, (quod pessime in lo-um hunc infertur a nonnul-s cf. 1 Cor. 9, 26. Philipp. , 14.) sed: *virium vsum* SO-VM *non sufficere ad id*, *vt uis voto suo potiatur*, *imo ero*, VNICE *hoc a gratia* *benignitate dei pendere*; *eque igitur hominis vel in-ntissimo studio acceptum re-rri posse*, *si beneficiis diui-s alter altero sit magis or-atus instructiusque.* ου του ελοντος sc. εστι. Θέλειν et εχειν sensu non differunt; osterius tamen (ex meta-hora vsitata pro κοπιαν posi-m cf. Gal. 2, 2. 4, 11.) auius [imagine a stadiis, l cursibus publicis ducta Cor. IX, 24. Gal. V, 7.]: *tento studio ferri in aliquid.* illud Poetae: ανηρ αβουλος εις κενον μοχθει τρεχων. ockius vtraque voce Θελειν τρεχειν ad ipsam Isaaci (*vo-ntes* Esauo non Iacobo be-dicere) et Esaui (*venatum rrentis*, vt patris benedi-onem obtineret) historiam en. 27, 3-5.) respici existi-t: quod vtique ferri potest.

17. Exemplum contrarium *hominis eadem libera Dei vo-luntate puniti*: non, *quod ipse peior hominibus aliis fuisset*, sed, quod *aliae*, *ho-minibus quidem*, *ignotae sa-pientissimae tamen*, *eius rei caussae Deo* suppeterent. γαρ *vicissim.* ἡ γραφη λεγει cf. ad Gal. 3, 8. 22. 4, 30. pro λε-γει ὁ Θεος κατα την γραφην. τῳ Φαραω pro: περι του Φα-ραω hebr. לְפַרְעֹה. Φαραω rex ille Aegyptius, cuius fata enumerantur Exod. VII-XII. ὁτι-τῃ γῃ Locus est Exod. 9, 16. isque verbis hebraicis ma-gis respondens quam graecis: LXX sic: ἑνεκα τουτου διετη-ρηθης ἱνα ενδ - - την ισχυν μου και διαγγελῃ —.

εις αυτο τουτο. *hoc ipso con-silio* εξηγειρα σε הֶעֱמַדְתִּיךָ vel: *regem constitui te* (vt sit pro הֲקִימוֹתִיךָ) vel, *seruaui te su-perstitem*, *morti te non tra-didi.* Praefero hoc, *tum* pro-pter loci Mos. contextum, quo paullo ante *morbi conta-giosi Aegyptiis diuinitus in-flicti* miraculum narratum fuerat Exod. 9, 10. 11. *tum* propter ipsum vsum loquendi in hebraico הֶעֱמִיד Exod. 21,

18 ὄνομά μου ἐν πάσῃ τῇ γῇ." ἄρα οὖν ὃν θέλει, ἐλεεῖ·

21. Ier. 32, 14, et graeco εγει-ρειν Iac. 5, 15. ὁπως ενδ. εν σοι pro σοι hebr. להראתך את כחי vt videre (h. sentire experiri) te facerem vim meam. *Dich fühlen zu lassen meine Macht.* ὁπως διαγγελη sc. ἑκαστος *daß man preise* eadem ellipsis est in hebr. למען ספר. [minime vero: διαγγελη enim est *annuntietur* Vulg. ܢܬܟܪܙ Syr.] το ονομα μου pro αυτος εγω *ipse, maiestas mea.* εν παση τη γη *quousque terrarum huius rei memoria vnquam pertinget.*

18. Denuo ex vtroque tum Mosis tum Pharaonis exemplo deducitur sententia totius capitis primaria, saepiusque repetita: *a voluntate dei pendere, quicquid boni maliue homini contingat.* ὁν θελει sc. ελεειν et σκληρυνειν pro κατα την ευδοκιαν αυτου τους μεν ελεει, τους δε σκληρυνει. De voce ελεειν vid. ad v. 15. σκληρυνειν vero varie interpretantur. In Graecis scriptoribus vix occurrit σκληρυνειν, sed σκληρουν, idque tantum sensum physico, *indurare.* LXX vero vertunt σκληρυνειν hebraica הקשה, חזק et הקשיח perpetua fere significatione hac: *facere vt quis sit animo obstinato;* vnde iunguntur etiam vocibus καρδιας et τραχηλου. vid. Trommium. Sunt tamen in V. T. loca duo, quibus eidem σκληρυνειν, *crudeliter agendi, duriter tractandi* significationem inesse contextus docet. 2 Paral. 10, 4. σκληρυνειν ζυγον *durum iugum imponere*, et Iob. 39, 16. הקשיח בניה αποσκληρυνειν τεκνα, *duriter tractare pullos.* Quibus quidem locis post b. Ernestium (in Opusc philolol. p. 249.) plerique interpretes vti maluerunt ad sensum loci Paullini sic constituendum: *pro voluntate sua alios beneficentius et liberalius, durius seueriusque alios tractat.* Nec diffitendum, opposito ελεειν rationem hanc magnopere commendari. Obstant tamen ex meo sensu *tum* narratio ipsa Mosis de Pharaone, (ad quam ista: ὁν δε θελει, σκληρυνει haud dubie sunt referenda), in qua quidem ipsum hoc σκληρυνειν pro *obstinatum reddere* saepissime occurrit Exod. 7, 3. 9, 13. 10, 20. 27. 14, 4. 8. 17. *tum* loco nostro versus proxime sequens 91., qui sensu caret, si τι ετι μεμΦεται non ad *animi obstinationem* refertur. Deum enim μεμΦεσθαι, h. *vitio vertere hominibus, eosque incusare*, quod beneficiis eos excludat duriterque tractet, quis tandem dixerit? Accedit etiam

ἐλεεῖ· ὃν δὲ θέλει, σκληρύνει. Ἐρεῖς οὖν μοι 19
τί

etiam aliis N. T. locis *priorem* solam esse του σκληρυνειν significationem. Act. 19, 9. Hebr. 3, 8. 13. 15. 4, 7. Caeterum per se intelligitur, et ex ipsa narratione Mosaica satis apparet, cum σκληρυνειν deus regem dicitur, *primum* non sublatam indicari hominis ipsius libertatem et quae inde pendet, imputandi peccati aequitatem (cf. locum egregium Origenis in Philocal. XX. ουκ ατοπον δε και απο συνηθειας τα τοιαυτα παραμυθησασθαι, πολλακις των χρηστων δεσποτων Φασκοντων τοις δια την χρηστοτητα και μακροθυμιαν εκτριβομενοις οικεταις το· εγω σε πονηρον πεποιησα, και· εγω σοι αιτιος γεγονα των τηλικουτων ἁμαρτηματων. Δει γαρ του εθους ακουσαι και της δυναμεως του λεγομενου και μη συκοΦαντειν μη κατακουοντας του βουληματος του λογου); *deinde*, non tantum de *animi pertinacia* tanquam *vitio*, sed etiam de *poenis et miseria cum ea ex voluntate diuina coniunctis* non aeternis tamen, sed iis ipsis, quas Moses commemorat) locum omnem esse intelligendum: vnde formulam verterim sic: *alios obstinatos fieri permittit, vt poenas luant:* quod si tenueris, in hac etiam interpretatione oppositorum ratio in ελεειν et σκληρυνειν salua manebit. Synonymum nempe του σκληρυνειν est v. 22. ενδειξασθαι την οργην. [Sensum apostoli emolliri a b. *Koppio*, certe non est, quod aegre feras. Iudicium tamen longe aliud de h. l. tulere *Lutherus* atque *Caluinus*: neque diffitendum est, veritatem sensus grammaticam, quamuis duram et asperam, praeferendam esse tamen in commentario exegetico paraphraseos philosophicae mollitudini. Vid. exc. H.]

19. Noua obiectio, quam ex his ipsis verbis ὃν θελει σκληρυνει θεος facile inferri a Iudaeis posse praeuidebat Apostolus: *hominum igitur σκληροκαρδια quo tandem iure puniri a deo poterit, cum Deus ipse sit ὁ σκληρυνων?* ερεις ουν μοι pro ερει τις. τι ουν μεμΦεται (ὁ θεος quod apte ad effectum hominis Deo indignantis omittitur) ἡμας sc. της απειθειας και σκληροκαρδιας ἡμων. *Quo iure ergo Deus non incusauerit incredulitatis et inobedientiae nostrae?* Sic μεμΦεσθαι pro *accusare* Hebr. 8, 8. 2 Macc. 2, 7. Sir. 11, 7. 41, 4. Epict. Enchir. 3. μεμΦη και θεους και ανθρωπους. Hesych. μεμΦεται, αιτιαται, εξουθενει, καταγινωσκει. τις ανθεστηκε *quis restiterit h. resistere poterit?*

 "Si

τί ἔτι μέμφεται; τῷ γὰρ βουλήματι αὐτοῦ τίς
20 ἀνθέστηκε; μενοῦνγε, ὦ ἄνθρωπε, σὺ τίς εἶ ὁ
ἀνταποκρινόμενος τῷ Θεῷ; μὴ ἐρεῖ τὸ πλάσμα τῷ
21 πλάσαντι· Τί με ἐποίησας οὕτως; ἢ οὐκ ἔχει
ἐξουσίαν ὁ κεραμεὺς τοῦ πηλοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ φυ-
ράματος ποιῆσαι ὃ μὲν εἰς τιμὴν σκεῦος, ὃ δὲ εἰς
ἀτιμίαν;

"Si a ſola Dei voluntate pendet, vt credas, Deo volenti nolentique fruſtra ſe opponet homo." Similem ſententiam vid. 2 Paral. 20, 6.

20. *Dupliciter* reſpondet Apoſtolus: primum *vniuerſe* v. 20. 21. deinde *apte ad hanc ipſam Iudaeorum cauſſam* v. 22. vid. not. ad v. 14. Μενουνγε *atqui, enimuero.* 10, 18. Luc. 11, 28. Apud Graecos plerumque ponitur in medio ſermone; nonnunquam tamen etiam initio. Ariſtot. Poet. c. 22. Μενουν φαινεσθαι πως χρωμενον τουτῳ τῳ τροπῳ, γελοιον. ω ανθρωπε addita haec, vt *humanae infirmitatis* ſenſus in lectoribus excitaretur. *Du ſchwacher ohnmächtiger Menſch!* συ τις ει ὁ ανταπ. *Tu quis es, qui altercari audeas cum Deo.* Sententiam ſimilem vid. Dan. 4, 32. Iob. 9, 12. 13. 16. 34, 31-35. cf. Antonin. XII, 5. δικαιολογειν προς τους θεους, ανταποκρινεσθαι *viciſſim reſpondere* (Luc. 14, 6.) deinde *altercari.* μη ερει - οὑτως. *num homo accuſet creatorem, quod ſic, nec aliter eum tractet?* πλασμα τῳ πλασαντι i. q. κτισις τῳ κτισαντι, ποιημα τῳ ποιησαντι cf. Ieſ. 29. 16. 45, 6.

12. Η ουκ *annon?* πηλου *vel* ad κεραμευς ref. tum redundat, eſtque κερ. πηλου i. q. πηλουργος; *vel* ad εξουσιαν εχει, *poteſt tractare lutum prouti vult;* quod praefero cf. Io. 17, 2. πηλος h. l. idem quod αργιλος *argilla.* Idem h. l. eſt φυραμα, *maſſa* (a φυραν depſere, ſubigere) non tantum *farinacea* (11, 16. 1 Cor. 5, 6.) ſed *quaelibet alia* vt in Geoponicis: φυραμα κονιας και βολβιτου. σκευος εις τιμην pro σ. τιμιωτερον et σκευος εις ατιμιαν pro ατιμοτερον. *ädlere, unädlere Gefäſse, vſui tum honeſtiori, tum turpiori deſtinata ſuppellex* cf. 2 Tim. 2, 20 21. Sapient. 15, 7. τα τε των καθαρων εργων δουλα σκευη, τα τε εναντια. Ipſa vero haec *hominum et argillae* comparatio (cum vtriusque magnam inuicem diſſimilitudinem eſſe negari

ἀτιμίαν; εἰ δὲ θέλων ὁ Θεὸς ἐνδείξασθαι τὴν 22
ὀργὴν, καὶ γνωρίσαι τὸ δυνατὸν αὐτοῦ, ἤνεγκεν ἐν πολλῇ

gari non possit) vltra scriptoris consilium non est extendenda, quod quidem vnice continetur sententia hac: *non decere humanam imbecillitatem, vt cum Deo creatore suo,* (a cuius voluntate omnis eius fortuna vnice pendet), *altercari, caussas, cur hac non alia ratione cum eo egerit, impudentius quam par est, exquirere, et si penetrare eas non possit. Eum reprehendere, iniustitiaeque et crudelitatis arguere audeat. Vti debet creatura viribus a creatore concessis, bene et prudenter; non vero audendum ei est, in eius tanquam vocare creatorem ipsum.* [Bene quidem: neque tamen hoc est altercari cum numine, si ab eo poenas infligi hominibus querimur, quos obstinatos et peruicaces esse voluit. Nouimus, solenne esse theologis, si temere cupideue disputantes in duras sententias inciderint, vt ad omnipotentiam et θελημα ανεξερευνητον Dei confugiant: sed hoc est gladio diuidere nodum, non soluere.]

22. Alterum, quo dubitationi v. 19. propositae occurrit Ap. hoc est: *Iudaei, vnde de sua reiectione conquerantur, non habent, cum ad hunc usque diem indulgentissime eos tulerit deus* v. 22. *quod Ethnici vero ad eandem hanc felicitatem inuitantur et adducuntur, in eo insigne aliquod summae tum benignitatis diuinae tum in promissis seruandis fidei argumentum continetur* v. 23-29. ει δε ηνεγκεν - elliptica formula, stilo epistolari apta: suple: τι ουν ερουμεν προς ταυτα; *Si vero quid tum? quid in eo est iniqui? Wenn nun aber, Gott noch überdem bey allem seinen Strafeifer euch Juden bisher so geduldig trug?* Alias aliorum rationes vid. apud Wolf. Qui ει *interrogatiue* sumunt, velut Heumannus, probare debebant, non ה *hebraicum* (vt graecum μη) pro הלא, sed *ipsum graecum* ει, sensu negatiuo pro *nonne* poni, quod exemplo nullo confirmatum vidi. ενδειξασθαι οργην. *efficere vt sentiant poenas diuinas.* De voce οργης vid. ad 1, 18. γνωριζειν i. q. ενδεικνυσθαι cf. ad Eph. 1, 9. το δυνατον i. q. την δυναμιν cf. 2, 4. θελων ενδειξασθαι pro καιπερ εθελε ενδ. *Ungeachtet er Strafe üben und seine Macht beweisen wollte.* ηνεγκεν *non subito perdidit, sed sustinuit, et, vt ad meliorem mentem redirent, diu exspecta-*

πολλῇ μακροθυμίᾳ σκεύη ὀργῆς κατηρτισμένα εἰς ἀπώλειαν·

spectauit. cf. hebr. נשׂא Num. 11, 14. Ef. 46, 4. εν πολλη μακροθ. pro λιαν μακροθυμων cf. 2, 4. Eadem fententia legitur 2 Macc. 6, 14. etiam apud Eufeb. in Praepar. VIII. Philonis haec: προμηθειται δε θεος και των ὑπαντιως ζωντων ἁμα μεν καιρον εις επανορθωσιν αυτοις διδους, ἁμα δε και την ἱλεων Φυσιν αὑτου μη ὑπερβαινων, ἡς οπαδος αρετη και Φιλανθρωπια γεγονεν. σκευη οργης pro ανθρωπους οργης αξιους. Σκευη pofuit Ap. (non fignificatione *inftrumenti*, qua alias occurrit Act. 9, 15. Ief. 13, 5. cuius h. l. nullus eft fenfus) quia idem, ex fuperiori *figuli* fimilitudine adhuc mente haerebat cf. Pf. 2, 9. etfi hebr. כלי graecumque σκευος *de re qualibet* dici etiam alias non negatur. v. c. *lex* כלי חמדה lib. Aboth. c. 3. *fol* σκευος θαυμαστον Sirac. 43, 2. et homines ipfi (παιδαρια) σκευη 1 Sam. 21, 5. add. 1 Petr. 3, 7. σκευος ασθενεστερον γυναικειον Arrian. Epict. p. 14. 1. *homo vilis* σκευαριον σαπρον Polyb. Excerpt. de virtut. et vit. p. 1402. Δαμοκλης, ὁ μεν Πυθιωνος πεμΦθεις κατασκοπος προς Ρωμαιους ὑπηρετικον ην σκευος, ευΦυες, και πολλας εχον αΦορμας εις πραγματων οικονομιαν. κατηρτισμενα εις απωλειαν. Locus omni tempore vexatiffimus, quia (propter neglectum vitae communis loquendi vfum) continere videbatur fententiam hanc: *effe homines, qui ad poenas aeternas fubeundas a deo fint conftituti atque creati.* απωλειαν non de *huius vitae miferia*, fed *poenis diuinis fub aduentum Chrifti impiis hominibus infligendis*, intelligi debere, ex oppofito δοξα v. 23. luculenter apparet; etfi, vtrum Apoftolus has poenas *aeternas* fore (fenfu eo, quo de iisdem poenis Theologi ftatuere folent), fibi perfuaferit, inprimis vero, vtrum inter fcribendum hunc ipfum locum huius fententiae fibi confcius fuerit, mihi non conftat. καταρτιζειν aptum vocabulum fuperiori σκευους, i. q. ποιειν, ἑτοιμαζειν hebr. כון quod mox καταρτιζειν mox ἑτοιμαζειν vertitur. Pf. 68, 10. 74, 16. 89, 38. 2 Tim. 3, 7. coll. 2, 21. *fingere, facere, parare vas.* Vnde non dubito vertere: *homines facti ad perniciem fummam illam et grauiffimam.* Id ipfum vero, in oratione populari, profecto non vim hanc habet, vt hi ipfi homines *abfoluto quodam dei decreto eo confilio, vt aeternum aliquando pereant, conditi* putentur; fed nihil aliud eft nifi hoc: *certo et ineuitabili fato perituri.* cf. Io. 3, 36.

Col

πώλειαν· καὶ ἵνα γνωρίσῃ τὸν πλοῦτον τῆς 23
δόξης αὐτοῦ ἐπὶ σκεύη ἐλέους, ἃ προητοίμασεν εἰς
δόξαν·

VARIAE LECTIONES.

23. Καὶ deeſt in Codd. 3. 27. 38. 39. 47. in m. 67. ex emend. erſſ. Copt. Vulg. prob. Lockio, Millio.

ol. 3, 6. Formulam eandem ide in Becharoth f. 8, 2. R. oſeph docuit: *Hi ſunt Perſae ui praeparati et parati ſunt d Gehennam.* R. Bechai in entateuch. f. 132, 1. *Gentes* מוכנים *ordinatae ad Gehennam: Iſrael vero ad vitam.* Iidraſch Miſhle XVI, 4. *Si on facit poenitentiam, ordinatus eſt ad iudicium Gehennae* vid. loca plura ap. Wetten. ad Act. 13, 47. Grotius ertit *apti ad interitum, qui iu exitium meruere* (reif zum Verderben); ſed poſtulat rationem priorem, oppoſitum προητοιμασεν v. 23. [Incurrit in oculos, orationem eſſe ανανταποδοτον: poſt voc. απωλειαν itaque haec, vel ſimilis ententia ſupplenda eſſe videtur: και ουκ ετι οισεται αυτα, η μεν θελεις ανταποκρινεσθαι; i vero *Deus, vt poenas infligeret ſuamque manifeſtaret potentiam, hucusque tolerauit quidem inſtrumenta poenae ad perniciem deſtinata, impoſterum autem ea non amplius feret; quid quaeſo reſpondebis?*]

23. και ινα — Anacoluthon orationis, quaſi praeceſſiſſet verbum, ad quod ινα referretur, pro ει δε και (προς τουτο δε και) εγνωρισε cf. locum quodammodo ſimilem 1 Cor. 14, 5. δοξα θεου, *omnis maieſtas* Dei, nonnunquam etiam de *ſingulis attributis* diuinis dicitur: h. l. *vis* et *benignitas* intelligenda; conſpicua illa quidem in *conuertendis* et *ad regnum Meſſiae adducendis* non *Iudaeis* tantum, ſed etiam *Ethnicis*. πλουτος της δοξης pro δοξα υπερβαλλουσα *immenſa vis atque benignitas*. cf. ad Eph. 1, 7. 18. 2, 7. Col. 1, 27. add. Eph. 1, 4. Alii πλουτον interpretantur *beneficentiam ipſam* (tumque πλουτον της δ. αυτου accipiunt vel pro πλουτον αυτου (θειοτητος αυτου) vel pro πλουτον ενδοξον, δοξαστον αυτου.) Vſus tamen loquendi non eſt certus. Saltem loco Philonis Allegor. I. p. 46. D. θεος τον περιττον πλουτον επιδεικνυμενος αυτου, et mox: την υπερβολην του πλουτου και της αγαθοτητος αυτου vulgaris *diuitiarum* ſignificatio vnice neceſſaria videtur. σκευη ελεους pro ανθρωποι ελεηθεντες *homines Deo cari*. vid. de voce ad v. 15. α προητοιμασεν i. q. κατηρτι-

24 δόξαν· οὓς καὶ ἐκάλεσεν, ἡμᾶς οὐ μόνον ἐξ Ἰου-
25 δαίων, ἀλλά καὶ ἐξ ἐθνῶν. ὡς καὶ ἐν τῷ Ὠσηὲ
λέγει· "Καλέσω τὸν οὐ λαόν μου, λαόν μου· καὶ
τὴν οὐκ ἠγαπημένην, ἠγαπημένην· καὶ ἔσται ἐν

τῷ

τηρτισμενα v. 22. *apti et destinati voluntate diuina, vt compotes olim fiant felicitatis in regno Messiae* h. *certo et insigni quadam ratione felices futuri.* vid. ad v. 22. cf. Act. 13, 48. προ in προετοιμαζειν non est premendum. cf. Phil. in opif. p. 17. A. ὁ θεος τα εν κοσμῳ παντα προητοιμασατο εις ερωτα και ποθον αυτου. δοξα *ipsa regni diuini per Messiam instaurandi maiestas*, synonymum της αιωνιου ευδαιμονιας cf. Eph. 1, 18. [Vel hoc versu apostolus, obscuro forte sensu correptus, duriorem esse doctrinam, de qua expositurus erat, αποδοσιν repressisse videtur hac ratione restituendam: και ει ελεησει τα σκευη ελεους, ἁ πρ. ε. δ., ινα γ. π. τ. δ. α., τι μεν δυνασαι αντ-αποκρινεσθαι; *contra; si beneficiis cumulabit eos, qui iamdudum ad felicitatem Messianam destinati sunt, videlicet vt immensam suam erga eos benignitatem ostendat, quid obiicere et recriminari audebis?*]

24. οὓς και — pro διο και τουτους, ex perpetuo Apostoli more periodos periodis per relatiua iungendi. οὓς pro ἁ apte ad sensum magis, quam verba, saltem id quod proxime praecesserat, σκευη. [οὓς h. e. εις ελεος τουτο] καλειν *ad felicitatem regni Messiae adducere* (τῳ προετοιμαζειν quodammodo oppositum). cf. ad 1, 1. 8, 30. "Verba consilii „et laboris saepe etiam su„muntur, vt simul et euentum „includant vt *dare* 2 Tim. 2, „25." Grotius. Post εκαλεσεν comma posui, vt ἡμας ad *Christianos quoslibet* ex Iudaeis et gentibus referatur. εξ εθνων *ex aliis gentibus* מגוים.

25. 26. Locus V. T., quo illustrari quodammodo poterat sententia haec: *olim iam declaratum esse hoc Dei consilium, vt Ethnici iungerentur Iudaeis in regno Messiae.* Locus est Hoseae 1, 6 - 10 coll. 2, 25. idem vero in suo contextu non agens de *Ethnicis*, sed *decem tribubus per Assyrios in exilium abductis*, quibus, licet nunc reiectae a deo omnique fauore diuino exclusae viderentur, noua tamen beneuolentiae et paterni amoris argumenta promittere iubebatur

τῷ τόπῳ, οὗ ἐῤῥήθη αὐτοῖς, Οὐ λαός μου ὑμεῖς, ἐκεῖ κληθήσονται υἱοὶ Θεοῦ ζῶντος." Ἡσαΐας δὲ κράζει

ebatur propheta. Vnde ſen-
entia totius loci haec eſt:
Vos, qui nunc nihil ad me per-
inere vobis hoſtibusque veſtris
idemini, denuo in populum
meum recipiam; quique nunc
nimo meo non cari eſtis, de-
uo vt caros et dilectos tractabo
os; Atque adeo, in iisdem
egionibus, quibus nunc ex-
ules omni auxilio et tutela
nea eſtis deſtituti, denuo ex-
eriemini, vos eſſe populum Ie-
ouae carum. Hunc igitur
ocum, aut Paullus aliter in-
ellexit, et per τον ου λαον
ου gentes ſignificari credidit,
ut, quod forte praeferen-
um, propter ſimilitudinem,
uae inter Iudaeos tum re-
ectos, Gentesque non — Iu-
daicas intercedebat, locum
ui proprie de illis egerat,
d has accommodauit. cf. lo-
um ſimilem in Peſachim:
Dixit R. Elieſer. Non alia
le cauſa in exilium et capti-
itatem miſit Deus S. B.
Iſraelem inter nationes, niſi
t facerent multos proſelytos
S. D. Oſeae 2, 25. Et ſe-
am eam mihi in terram.
Num quid homo ſeminat ſa-
um, niſi vt colligat multos
ouos tritici? Caeterum locus
pſe (ex duobus locis diuer-
is coniunctus) non tam ver-
is quam ſenſu conuenit cum
hebraico et graeco textu pro-
phetae. Verba priora v. 25.
repetita ſunt ex Hoſ. 2, 25.
quae apud Alexandrinos, con-
ſentiente textu hebr. ſic le-
guntur: αγαπησω την ουκ
ηγαπημενην, (vel ſecundum
Cod. Alexandr. et ed. Al-
dinam ελεησω την ουκ ηλεημε-
νην), και ερω τω ου λαω μου,
λαος μου ει συ: poſteriora vero
ex 1, 10. ex Alexandrinis ver-
botenus expreſſa, niſi quod
pro εῤῥηθη legatur ερρεθη,
εκει vero ante κληθησονται
omittatur, et και αυτοι ante
υιοι θεου ζωντος addatur. vid.
Exc. I. την ουκ ηγαπημενην
ſc. θυγατερα. filiam enim ſibi
natam propheta ſymbolico
hoc nomine appellare iuſ-
ſus fuerat, quo ineuitabile
gentis Iſraeliticae exitium ſi-
gnificaretur 1, 6. εν τῳ τοπῳ,
οὑ — in contextu prophetae
eſt ipſa exilii regio, in qua,
propter ipſam exilii miſe-
riam, a Deo deſerti eique in-
feſti eſſe videbantur Iudaei.
υιοι θεου populus Deo carus.
θεος ζων Deus verus, oppo-
ſitus Idolis vita deſtitutis אל
חי. και nonnulli colo ad-
dito ſeiungunt a ſqq. vt alium
locum citari indicaretur. Fa-
cilior tamen videtur ratio
vulgaris, maxime, cum non
inſpexiſſe Apoſtolus Prophe-
tae

27 κράζει ὑπὲρ τοῦ Ἰσραήλ· „Ἐὰν ᾖ ὁ ἀριθμὸς τῶν
υἱῶν Ἰσραὴλ ὡς ἡ ἄμμος τῆς θαλάσσης, τὸ κατά-
28 λειμμα σωθήσεται· λόγον γὰρ συντελῶν καὶ
συντέμ-

VARIAE LECTIONES.

28. εν δικαιοσύνῃ ὅτι λογον συντετμημενον desunt in *Codd.* A. 23. a. pr. m. 47. a. p. m. 67. ex emend. Verss. *Copt. Syr.* (deinde και ποιησει) *Erpen. Euseb. Damascen. August.* semel probb. *Grotio, Hammondo, Beza, Millio, Pfaffio* de variant. lect. N. T. συντελων· ὅτι λογον omittunt Vers. *Aethiop.* et *Theodoretus.*

tae locum, sed memoriter citasse videatur.

27. Locus alius, in eandem sententiam: *diu praeuidisse Iehouam, non omnes Iudaeos, sed partem tantum eorum seruatum et ad felicitatem in regno Messiae recuperandam adductum iri.* Locus est Ies. 10, 22. idemque rursus de *liberatione Israelitarum ex exilio Assyrico-Babylonico agens*, cum qua tamen cum *felicitas per Messiam olim instauranda* cogitatione semper a Prophetis coniungi soleat, iure etiam Apostolum vti eo loco potuisse apparet. Verba ipsa differunt tum a textu hebr. tum graeco. In hoc ita leguntur: εαν γενηται ὁ λαος Ισραηλ ὡς — το καταλειμμα αυτων σωθησεται· λογον συντελων — κυριος ποιησει εν τῃ οικουμενῃ ὁλῃ. δε *contra vero.* Sententia superiori (v. 25. 26.) contraria. κραζειν h. l. *minari* l. *libere profiteri* Io. 1, 15. ὑπερ hebr. על i. q. περι *in causa Israelitarum; er ruft folgende Drohung aus über Israel.* cf. 1 Cor. 10, 30. 2 Cor. 1, 6. 7, 4. 9, 2. 12, 5. add. e profanis scriptoribus Polyb. 2, 37. ὑπερ ὡν σαφεστερον εν ἑτεροις δηλωσομεν. Arrian. de exped. Alex. praef. n. 2. αλλοι μεν δη αλλα ὑπερ Αλεξανδρου ανεγραψαν. εαν η — σωθησεται. *Von der wie Meeres Sand zahllosen Menge der Israeliten soll nur ein kleiner Rest glücklich werden.* ὡς ἡ αμμος θαλασσης. ψαμμακοσια pro *innumeris* Varro saepius. vid. Wetst. εαν — η *si vel maxime sit.* το καταλειμμα שאר (graeci interpretes λοιπους, επιλοιπους, καταλοιπους, ὑπολοιπους, καταλειμμα, εγκαταλειμμα, ὑπολειμμα vertunt) *reliquiae* h. l. i. q. *pars exigua.* cf. Virgil. Aeneid. 1, 30. *reliquias Danaum.* Cic. in Verr. III, 54. *clamat Metellus — reliquos aratores.* RELIQVOS? *prope lugubri verbo calamitatem Siciliae significat.* Siracid. 44, 17. Νωε — εγενηθη καταλειμμα τῃ γῃ Rom. 11, 5.

28. λογον συντελων sc. εστι ὁ Κυριος quod est repetendum

ντέμνων ἐν δικαιοσύνῃ· ὅτι λόγον συντετμημένον
ιήσει Κύριος ἐπὶ τῆς γῆς." Καὶ καθὼς προείρη- 29
ν Ἠσαΐας· "Εἰ μὴ Κύριος σαβαὼθ ἐγκατέλι-
πεν

m ex v. extremo. cf. Act. . 5. 2 Petr. 1. 17. λογος -rumque *verbum* vertitur; m est *die Versicherung*, si σωθησεται, *Drohung*, si ad ταλειμμα refertur. Melius men cum Beza ex hebr. ר accipitur pro *re ipsa*, *usa*. συντελειν *exsequi*, *rficere*, quae promiserat. ντεμνειν dicunt esse syn-ymum του συντελειν. He-ch. συντεμων, συντελεσας, od dubito, an graeco et br. loquendi vsu accurate mari possit. Ex graecitate mper inest significatio eius, od *cito*, *breuiter*, *subito* fit. υντεμνειν λογον Schol. Ari-ph. Thesmoph. 185. βρα-εως και συντομως αγορευειν. ilostr. vit. Apoll. 7. 17. συν-τμησονται οἱ εν δικαστηριῳ γοι. Libanius ep. 572. το σο-ον δε ην εν τῳ συντεμνειν και η διατριβειν. *sapientiam vero eo probasti*, *quod compen-o*, *non autem mora vsus es*. uripid. in Rheso v. 450. προς κον ειμι συντεμων τους σους ονους. Ioseph. 1, 7. συνε-τμητο γαρ ηδη τοις ανθρω-οις κατ᾽ ολιγον το ζην. *decur-tum enim iam erat homini-s paullatim vitae spatium*. Macc. 10, 10. συντεμνοντες συντομως αγορευοντες) τα των πολεμων κακα.) In graeca vers. respondet hebr. חרץ quod est primum *secare*, deinde translate *decidere*, *subito decernere* aliquid vid. Schultens. ad Prouerb. 21, 5. cf. Dan. 9, 26. πολεμος συντετμημενος *bellum decisum*. 24. ἑβδομηκοντα ἑβδομαδες συνετμηθησαν επι τον λ. τ. (vbi tamen, vt loco nostro, iungitur τῳ כלה συντελειν add. Es. 28, 22. 1 Reg. 20, 40.) de vlla alia significatione nondum mihi persuadeo. Verterim igitur, secutus graecum loquendi vsum: *Er wirds ausführen*, *schnell ausführen*. εν δικαιοσυνῃ בצדק *pro veracitate sua*, *l. untrüglich gewiss*. ὁτι λογον-επι της γης. Sententia eadem, tantum alia forma grammatica expressa; nisi εν δικαιοσυνῃ λογον συντετμημενον serius addita putaueris vid. v. l. ὁτι hebr. כי l. redundat vel vertendum: *Vtique*, *profecto*. *Ja schnell ausführen wird Gott es auf der Erde*.

29. Locus alius, eiusdem tamen cum superiori argumenti: *singulari dei benignitati tribuendum esse*, *quod pars saltem aliqua felicitate diuinitus promissa*, (qua ex-
cludi-

πεν ἡμῖν σπέρμα, ὡς Σόδομα ἂν ἐγενήθημεν, κα
ὡς Γόμοῤῥα ἂν ὡμοιώθημεν."
30 Τί οὖν ἐροῦμεν; ὅτι ἔθνη τὰ μὴ διώκοντα δι
καιοσύνην, κατέλαβε δικαιοσύνην, δικαιοσύνην δ
τὴ

cluditur Iudaeorum multitudo), *potiatur.* Locus eſt Eſ. 1, 9. verbotenus ex graeca verſ. transſcriptus agitque de *ſeruanda exigua Iſraelitarum parte, inter clades* per Rezinem genti terraeque Iſraelitarum inflictas. Qui quidem quomodo ad Meſſiae tempora transferri ab Ap. potuerit, notatum vide ad v. 27. κυριος Σαβαωθ. Sic graecus interpres libri 1 Sam. et Ieſaiae צבאות יי transfert, cum in reliquis libris ſemper vertatur: παντοκρατωρ. σπερμα שריד i. q. καταλειμμα, *pauci ſuperſtites, ſeminum inſtar, quae ad ſementem ſeruantur, vnde noua meſſis exſpectatur.* Similiter graeci σπερμα dicunt pro *re exigua ſuperſtite* v. c. σπερμα πυρος *ſcintilla* cf. Ioſeph XI, 2. παρεκαλει Εσδρας τον θεον, σπερματα και λειψανον εκ της τοτε συμφορας αυτων και αιχμαλωσιας περισωσαντα και παλιν εις Ἱεροσολυμα και την οικειαν γην αποκαταστησαντα λαβειν οικτον αυτων. Plato in Timaeo p. 1044. εξ ὡν πασα ἡ πολις εστι τα νυν ὑμων, περιλειφθεντος ποτε σπερματος βραχεος. ὡς Σοδομ — h. *penitus periiſſemus.* ὁμοιωθημεν ὡς al terutrum redundat pro ὡμοιωθημεν τῃ Γ. vel εγενηθημεν ὡς Γ. Simile loquend genus vid. Hoſ. 4, 6. ὡμοιωθη ὁ λαος μου ὡς ουκ εχω γνωσιν et vtramque eoder commate formulam Ezech 32, 2. λεοντι ὡμοιωθης συ κα ὡς δρακων.

30-33. Vt totum, quod ſe quitur, Cap. Xmum arcte co haeret cum ſuperioribus. Ne xus ſententiarum hic eſt. *Cu igitur ipſa librorum V. T loca diu praedixerint: for vt magna Iudaeorum pars deo reiiciatur, aliaeque vici ſim gentes ad Meſſiae regnu adducantur: quomodo ampliu iniquum nobis videri poteſ ſi, reiectis Iudaeis incredu lis, Ethnici ad religione Chriſti inuitantur atque addu cuntur?* τι ουν ερουμεν vel pe ſe explicanda: *Quid igitur* h. *quid tandem ſequitur inde* (tum ſequentibus, ὁτι — δ καιοσυνης reſpondere Apo ſtolus videbitur) *vel* iungend ſequentibus pro: τι ουν ερουμε προς τουτο, ὁτι — *quid igi tur mirum aut iniquum vider poterit in hoc: quod--?* c Luc

τὴν ἐκ πίστεως· Ἰσραὴλ δὲ διώκων νόμον δικαιο- 31
σύνης,

Luc. 2, 49. Act. 5, 4-9. Prior tamen ratio fere vſui loquendi Apoſtoli in hac inprimis epiſtola magis convenit. cf. v. 14. 7, 7. 8, 31. ἐθνη indefinite poſitum *tanta vis gentilium*. δικαιοσυνη omnis *felicitas in regno Meſſiae divinitus promiſſa*, quae cum fine *peccatorum remiſſione* cogitari non poſſit, etiam *hanc* comprehendi per ſe apparet. cf. ad Gal. Exc. 4. διωκειν δ. *perſequi animo* h. *vehementius appetere*. i. q. ζητειν. Sic Graeci perpetuo. Xenoph. Cyrop. VIII, 13. χρη τους ευγνωμονας διωκειν, *oportet ſectari bonos*. Thucyd. II, 13. τας τιμας διωκειν. Similiter hebr. רדף Deut. 16, 20. Pſ. 34, 15. Prov. 15, 9. In N. T. frequentiſſima vox. 12, 13. 14, 19. alibi. κατελαβε Aoriſtus pro praeſenti καταλαμβανουσι. καταλαμβανειν et διωκειν iuncta vide ap. Lucian. in Hermotimo p. 564. ὁ προ σου μαλα πολλοι και αγαθοι και ωκυτεροι παραπολυ διωκοντες ου κατελαβον. δικαιοσυνη η εκ πιστεως ſc. δοθεισα. πιστις *firma perſuaſio*, *Ieſum eſſe Meſſiam eiusque meritis nunc referendam eſſe omnem felicitatem noſtram*.

31. νομος δικαιοσυνης vtroque membro quodammodo varie interpretandum: priori eſt *religio Moſaica*, qua quidem colenda opinabatur Iudaeus certo conſequi ſe poſſe δικαιοσυνην; poſteriori, *noua illa, Moſaica multo praeſtantior, religio* (תורה) *ſecundum Prophetarum vaticinia per Meſſiam olim promulganda*: die neue Geſetzgebung (Religion) nach der der Meſſias die Völker regieren und glücklich machen ſollte. cf. 3, 27. νομος πιστεως opp. νομῳ των εργων Iac. I. 25. νομος της ελευθεριας. Qui quidem νομος, tanquam *pars felicitatis temporum Meſſiae* ponitur pro *felicitate ipſa*. Alii νομον δικαιοσυνης per hypallagen dictum putant pro δικαιοσυνην την εκ νομου, duriſſime, inprimis, cum ſequatur: εφθασε εις νομον δικ. Alii cum Grotio νομον interpretantur ὁδον (quia ירה, vnde תורה, ſignificet *dirigere*:) cuius tamen vſus loquendi nec in hebr. תורה nec in graeco νομος vllum exemplum exſtat. Quod idem magis etiam valet contra eos, qui νομον vertunt, *quidquid deo probatur* (temere prouocantes ad Pſ. 40, 9.) vt ſit νομος δικαιοσυνης i. q. δικαιοσυνη αρεσκουσα θεῳ. Alii denique redundare νομον dicunt vt 7, 23. cuius tamen loci ratio eſt plane alia. vid. ad eum. Ισραηλ διωκ. νομον δικ. *Iſraelitae Moſ. legum*, quarum

32 σύνης, εἰς νόμον δικαιοσύνης οὐκ ἔφθασε. διατί
ὅτι οὐκ ἐκ πίστεως, ἀλλ᾽ ὡς ἐξ ἔργων νόμου. προσ
έκοψαν γὰρ τῷ λίθῳ τοῦ προσκόμματος, καθὼ
33 γέγραπται· "Ἰδοὺ τίθημι ἐν Σιὼν λίθον προσκόμ
ματος, καὶ πέτραν σκανδάλου· καὶ πᾶς ὁ πιστεύω

ἐπ

quarum vſu ſtudioque δικαιοσυνης *compotes neceſſario futuri ſibi videbantur, tenaciſſimi.* cf. Act. 21, 20. ζηλωται του νομου. ουκ εφθασε pro ου φθανει. *non peruenient* hebr. נגע 2 Paral. 28, 9. Eccleſ. 8, 14. Matth. 12, 28. 2 Cor. 10, 14. εις νομον (εις τον οντως νομον) δικαιοσυνης *ad eam religionem, quae vere offert* δικαιοσυνην, *non accedunt.*

32. En tandem rationem, cur deus excludat Iudaeos a felicitate regni Chriſti; non *quod abſoluto quodam decreto ita apud deum eſſet conſtitutum*, ſed *quod ipſi ſuo legum Moſaicarum ſtudio ſuperbientes, oblatam ſibi doctrinam de Meſſia, reiicere audebant.* ὁτι — πιστεως ſc. διωκουσι νομον δικαιοσυνης [vel ηθελησαν δικαιουσθαι]. πιστις vt ſupra v. 30. ὡς in ὡς εκ εργων redundat cf. Io. 7, 10. Philipp. 2, 12. Philem. 14. (2. Cor. 11, 17. Act. 28, 19. huc non pertinent) νομος *leges Moſaicae* [poſt νομω ſupple, δικαιωθησομενοι].

33. Et huic quidem religioni Meſſiae a multis Iudaeis

negatum iri fidem praedixe
rant prophetae. Locus inſ
gnis in ſententiam eam ſen
per eſt habitus Eſ. 28, 16
(etſi idem in contextu he
braico alium quoque ſenſum
admittere videtur vid. Lowt
ed. Germ. ad h. l.) iunger
dus cum 8. 14. quem vtrum
que Apoſtolum in animo ha
buiſſe dubitari non poteſ
Vterque locus eſt ex gener
eo, de quo ſententiam di
ad v. 25. 27. Etſi de *immu
nitate ab Aſſyriorum iug*
proxime ſermo eſt, non ta
men excluditur animo Pro
phetae *regni Meſſiae cogita
tio*, cum, quo tempore hu
ius regni felicitas euentur
ſit, ignorarent Prophetae, v
tamen mox adeſſet, ſpera
rent optarentque. Hinc etiam
Petrus loca eadem *de Meſſi*
interpretatur 1 Ep. 2, 6. Caete
rum, prout in argumento ſen
tentiisque locorum conue
niunt fere interpretes omnes
ita in verbis explicandi
magnopere iidem diſſentiun
Vulgo λιθον προσκομματο
ipſum Meſſiam interpretantur
*cuius vita et doctrina offende
rit multos.* Quod vtique per ſ

verum

ἐπ' αὐτῷ, οὐ καταισχυνθήσεται." Ἀδελφοὶ, X
ἡ μὲν εὐδοκία τῆς ἐμῆς καρδίας, καὶ ἡ δέησις ἡ
πρὸς τὸν Θεὸν ὑπὲρ τοῦ Ἰσραὴλ ἐστιν εἰς σωτη-
ρίαν·

verum eſt, forte etiam Apoſtolorum tempore locum Prophetae in eam ſententiam translatum eſſe concedi poteſt: Vtrum vero, eadem *Prophetae*, cum iſta eloqueretur, ſententia fuerit, magnopere dubito. Contra vero multo facilius loco vtroque ſymbolica quadam ratione exprimi aliis videtur *vis ipſa diuina in ſeruandis piis perdendisque impiis*: cuius quidem ſymboli ratio petenda eſt ex conſuetudine Orientis, *ſaxa, ſacra*, aſylorum loco, conſtituendi; ad quae quisque confugiſſet, ſeruari poterat: vt ſenſus hic ſit: *Exſeram vim meam diuinam e Sione, vt ſeruem, qui ei confidant, perdam vero, qui eam ſpernant.* Tandem verba vtriusque loci nec conſentiunt cum Alexandr. Verſ. nec cum textu hebr. In iſta 8, 14. ſic legitur: ουχ ὡς λιθου προσκομματι συναντησεσθε, ουδε ὡς πετρας πτωματι et 28, 16. ιδου εγω εμβαλλω εις τα θεμελια Σιων λιθον πολυτελη — πας ὁ πιστευων ου μη καταισχυνθῃ. λιθος προσκομματος אבן נגף et πετρα σκανδαλου צור מכשול mere ſynonyma. *Ein Stein zum Anſtoſsen, ein Fels zum Straucheln.* ὁ πιστευων επ' αυτῳ qui animo fidenti confugit ad hanc petram. h. qui fidem habet ſaluti a deo promiſſae. οὐ καταισχ. Sic Alexandr. vel legentes יבוש pro יחיש (*feſtinabit*) vel, ipſum יחיש ſignificatione *pudoris* (quam eandem lingua Arab. in verbo حاش adhuc ſeruat, vid. Pocock. Not. Miſcell. ad Port. Moſ. ed. Lipſ. p. 10. 11.) accipientes. Probabilius hoc, quia idem Chaldaeus vertit: לא יזדעזעון *non prement*, et Syr. לא נדחל *non timebit*, quae vtraque notio eſt Arabici حاش, non vero Hebr. בוש. Eſt vero καταισχυνεσθαι *pudore ſuffundi*, in vetere lingua i. q. *conſiliis et ſpe excidere; infelicem, miſerum fieri.* [Caeterum vide ad totum caput exc. H.]

X. Pergit Apoſtolus etiam hoc capite exponere cauſas, cur tanta Iudaeorum multitudo a ſocietate regni Meſſiae nunc excludatur; in quibus rurſus primariam ponit hanc: *quod Iudaei, legum ſuarum ſtudio, tanquam merito quodam, ſuperbientes, in Dei gratia per Ieſum Chriſtum hominibus parta fiduciam et ſpem reponere detrectabant.* Admiranda

2 ρίαν· μαρτυρῶ γὰρ αὐτοῖς, ὅτι ζῆλον Θεοῦ ἔχου-
σιν,

randa vero etiam hic, (vt supra Cap. IX, 1 sqq.) est lenitas Apostoli et mansuetudo, qua, etsi in eo erat, vt Iudaeos ipsos solos miseriae suae auctores esse declararet, hanc ipsam tamen eorum incredulitatem, quantum fieri poterat, excusat v. 2. suumque in eos amorem, vehementissimumque animi sui, vt olim et ipsi seruentur, desiderium quam sollennissime profitetur v. 1. αδελφοι ο *mei carissimi.* Inprimis formulam ad *Iudaeo - Christianos*, de suae gentis calamitate haud dubie inprimis dolentes, retulerim. ευδοκια της κ. רצון *animi desiderium.* δεησις προς θεον *illud ipsum animi desiderium precibus Deo declaratum.* ὑπερ αυτων (sc. εστιν) εις σωτηριαν pro ἱνα σωθωσιν αυτοι. σωτηρια *salus per Messiam hominibus parta.* [Sensus: *equidem preces ad Deum fundo ardentissimas, vt natio Israelitica ad religionem Messianam conuertatur* XI, 26.]

2. μαρτυρειν τινι *laudare, egregio testimonio ornare aliquem* Luc. 4, 22. Act. 15, 8. 22, 5. Gal. 4, 15. Coloss. 4, 13. ζηλος θεου Eifer für Gott.) *studium erga Deum* h. *leges Moss.* quas non sine Dei ipsius contemtu

a Christianis negligi existima-
bat Iudaeus. Similis locu-
tio: ζηλος οικου θεου Ps. 69, 9
Io. 2, 17. Act. 21, 20. 22, 3
2 Cor. 12, 2. Gal. 1, 14
Aliis θεου additum ex he-
braismo videtur pro ζηλον με
γαν. durissime: inprimis cum
obiectum, ad quod ζηλος re
feratur, etiam sic necessario
sit supplendum. ου κατ' επι
γνωσιν *non sapienter et intelli
genter*; errantes nimirum *tum*
in legum Mosaicarum consilio
tum in suorum, quibus glo
riabantur, bonorum operum
dignitate et pretio rite con
stituendo. επιγνωσις i. q
γνωσις דעת 1 Reg. 7, 14
Prov. 2, 5. Os. 4, 6. Rom
1, 28. Tenacissimum Iudaeo
rum erga leges ritusque Mos
studium descriptum vide apu
Iosephum de bello Iudaic
locis pluribus; et apud Phi
lonem locis his: leg. ad Ca
p. 1008. C. Ιουδαιων εθνος ει
θος ἑκουσιους αναδεχεσθαι θα
νατους ὡσπερ αθανασιαν, ὑπε
του μηδεν των πατριων περι
δειν αναιρουμενον, ει και βρα
χυτατον ειη. ibid. p. 102
D. E. ἁπαντες γαρ ανθρωπ
φυλακτικοι των ιδιων εθων, ε
σιν, διαφεροντως δε το Ιουδαι
εθνος. Τοις γαρ ηδη καθα
ρουσιν η χλευαζουσιν ὡς πολ
μιωτατοις απεχθονται και π
φρικασι μεν ἑκαστον των διηγ
ρευμενων οὑτως, ὡς ἁπασαν τ
πα

σιν, ἀλλ' οὐ κατ' ἐπίγνωσιν. ἀγνοοῦντες γὰρ 3
τὴν τοῦ Θεοῦ δικαιοσύνην, καὶ τὴν ἰδίαν δικαιοσύ-
νην ζητοῦντες στῆσαι, τῇ δικαιοσύνῃ τοῦ Θεοῦ οὐχ
ὑπετάγησαν. τέλος γὰρ νόμου Χριστὸς εἰς δικαιο- 4

σύνην

παρ' ἀνθρωποις ειτε ευτυχιαν ειτε ευδαιμονιαν χρη καλειν, μηδεποτ' αν ὑπερ παραβασεως και του τυχοντος αν ὑπαλλαξασθαι· περιττοτερα δε και εξαιρετος εστιν αυτοις ἁπασιν ἡ περι το ἱερον σπουδη. [Patet itaque, fidem etiam religiosam niti iuſtis idoneisne notionibus et *cognitione veri*, adeoque omnem animi ardorem ſenſusque pios facile nos in transuerſum abripere, niſi a ſapienti της επιγνωσεως moderamine pendeant.]

3. *δικαιοσυνη θεου ratio ea, qua deus vult peccatis immunes, ſaluosque reddere homines* vid. v. 4. et Philipp. 3, 9. *δια δικαιοσ. ratio ea, qua quis ſuis meritis* (εξ εργων νομου) *ſaluus fieri poſſe ſibi videbatur.* cf. ad Gal. Exc. IV. Wetſtenius ſic: "ιδια δικαιοσυνη, „*qua ſe ſolos excluſis aliis gen-* „*tibus ſeruari debere puta-* „*bant.*" Prior ratio et verbis et contextui magis convenit. στησαι hebr. העמיד l. הקים oppoſitum του καταργειν, αναιρειν, *volunt tueri, nolunt eripi ſibi eam, quae circumciſione rituumque Moſſ. cultu nititur*, δικαιοσυνην. cf. Rom. 3, 31. Ebr. 10, 9. 1 Macc. 2, 27. vbi ἱστων διαθηκην et ζηλων νομῳ Synonyma. ὑποτασσεσθαι τῃ — *nolunt ſe ſummittere, obſequi iis, quae iſta ratio diuina poſtulat.* ὑπεταγησαν Aoriſtus pro praeſenti et Paſſiuum vi reciproca. Sententiam eandem vide loco Philonis *de praem. et poen.* p. 912. *B.* εισι δε και δοξαντες επιμεμελησθαι (σπερματων ελπιδος) Φιλαυτιαν προ ευσεβειας ασπασαμενοι, τας αιτιας των κατορθωματων ανεθηκαν ἑαυτοις. ὑπαιτιοι δε παντες οὑτοι· μονος δε αποδοχης αξιος ὁ αναθεις την ελπιδα θεῳ. [Senſus: *ignorantes enim modum ſalutis a Deo adipiſcendae, ſuumque contra meritum ſtabilituri, noluerunt ſe ſubmittere ordini, quo Deus vult homines per Chriſtum ſalvos fieri* I, 17.]

4. Quae ſit ratio Dei in hominibus per Chriſtum ſervandis, planius nunc declaratur. Eſt ea, poſt leges Moſſ. per Chriſtum abrogatas, *ſola* πιστις. Ad oppoſita νομου et πιστευοντι inprimis eſt attendendum. τελος νομου χριστος populariter dictum pro: τελος

5 σύνην παντὶ τῷ πιστεύοντι. Μωϋσῆς γὰρ γρά-
φει τὴν δικαιοσύνην τὴν ἐκ τοῦ νόμου· "Ὅτι ὁ
ποιήσας

VARIAE LECTIONES.

5. την δικαιοσυνην — αυτοις. Magna eſt in his exprimendis Codicum diuerſitas. ὁτι την δικαιοσ. εκ πιστεως leg. Cod. A. ὁτι την δικ. την εκ του νομου D. a. pr. m. gr. 47. Verſſ. *Copt. Vulg. Damaſc. Ruff. Sedul. Beda* prob. *Grotio.* αυτα deeſt in A. D. E. 6. 9. 47. Verſſ. *Copt. Vulg. Clem. Ruff. Damaſc.* E A M germ. probantibus *Grotio* et *Millio.* αυτη pro αυτοις 17. 47. Verſſ. *Copt. Vulg. germ. harl. Damaſc. Ruff. Sedul. Beda* probb. *Grotio*, *Millio.* Secundum hos locus ita eſt conſtituendus, ὁτι την δικαιοσυνην την εκ του νομου ὁ ποιησας ανϑ. — ζησεται εν αυτη. Sed conſtructio eſt maxime impedita, praetereaque nec hebraico, nec graecae verſioni ſic locus conſentit.

εΦερε τῳ νομῳ h. κατηργησε τον νομον ὁ χριστος. τελος *finis* 6, 21. 22. etiam 1. Tim. 1, 5. (τελος της παραγγελιας *finis, in quem exit omnis cohortatio noſtra*) νομος *leges Moſſ.* cf. ad Gal. Exc. 3. ſententiam eandem vid. Gal. 3, 24. Hebr. 7, 18. εις δικαιοσυνην πιστευοντι pro εις το συμβαινειν δικαιοσυνην τῳ πιστευοντι. Vt planior fiat ſententia, totum verſum ita transtulerim: καταργηθεντος γαρ νομου δια χριστου, δικαιουμεθα παντες εκ πιστεως. cf. Gal. 3, 24. [*Definit lex in Chriſtum, vt ſalus nunc offeratur credenti.*] Alii τελος νομου *ſummam legis*, i. q. πληρωμα autem Grotius, *finem, viae metam* vertere malint: vtrumque ſenſu fere eodem: nec repugnante vel vſu loquendi, vel Paulli doctrina.

5 - 11. Verſus hi arcte inuicem nectendi ſententia hac: *Quamdiu quidem legum Moſaicarum auctoritas valebat, vtique diligenter iis obſeruandis ſalutem conſequebantur homines; nunc vero poſt abrogatas per Chriſtum leges easdem, ſola ſalutis conditio haec eſt: ſi credant homines: Ieſum eſſe* CHRISTVM (Dei filium e coelis in terras miſſum) *deinque* E MORTVIS RESVSCITATVM. Hanc ipſam vero ſententiam maluit Apoſtolus verbis Moſaicis, quam ſuis, exprimere: etſi idem ille locus, cum in ſuo contextu de re prorſus alia quam *de fide in Chriſtum* ageret (vid. ad v. 6.), partim interpretando (vid. ad v. 6.), partim in nonnullis formulis immutando (vid. ad v. 7.) ad hoc Apoſtoli conſilium magis erat accommodandus. Eodem loco bis vtitur Philo, vt virtutis ſcientiam acquiſitu non difficilem

ποιήσας αὐτὰ ἄνθρωπος, ζήσεται ἐν αὐτοῖς." Ἡ 6
δὲ ἐκ πίστεως δικαιοσύνη οὕτω λέγει· "Μὴ εἴπῃς
ἐν τῇ καρδίᾳ σου, τίς ἀναβήσεται εἰς τὸν οὐρανόν;
τοῦτ' ἔστι Χριστὸν καταγαγεῖν. Ἢ. "τίς κατα- 7
βήσεται

lem esse declaret: lib. *quod omnis prob. lib.* p. 875. C. Καιτοι τις η μακρας οδοιποριας η του θαλαττευειν εστι χρεια προς ερευναν και ζητησιν αρετης, ής τας ῥιζας ὁ ποιων ου μακραν, αλλ' ούτω σοι πλησιον εβαλλετο· καθαπερ και ὁ σοφος των Ιουδαιων νομοθετης Φησιν. Εν τῳ στοματι σου και εν τῃ καρδιᾳ σου και εν ταις χερσιν σου.

5. Μωσης μεν —. *In libris Mosaicis* [rectius: *in loco cum maxime excitando*] *felicitatis a Deo obtinendae promissio ad solum legum Mosaicarum studium restringitur.* γραΦει ΤΗΝ δικ. pro περι της — cf. o. I, 45. *rationem eam, qua legibus obseruandis* δικαιουται ανθρωπος, *ita Moses describit:* Locus est Leuit. 18, 5. isque saepius repetitus Nehem. 9, 9. Ezech. 20, 21. Vnde in prouerbium fere abiisse videtur. ὁτι redundat. αυτα et αυτοις ad προσταγματα quod loco Leuitici praecesserat, referenda. cf. Gal. 3, 12. Pro ποιησας (quod est in Ed. Complutensi LXX.) Cod. Vat. c. Alexd. Ed. Aldin. et Vulg. legunt ὁ ποιησας.

6. et 7. ἡ δε εκ πιστ. δικαιοσυνη ούτω λ. Non dicit περι δε της δικ. — λεγ. Μωυσης. Neque enim Moses ipse de hac εκ πιστεως δικαιοσυνῃ quicquam eo loco dixisse, sed verba Mosis accommodari quodammodo ad hanc multo maiorem rem posse Paullo videbantur: vnde per prosopoeiam ipsa πιστις loquens ab eo introducitur. [Plene: το δε ευαγγελιον την εκ πιστεως δικαιοσυνην ουτω συνιστησι. *Religio I. C. iustitiam fide obtinendam hisce conditionibus adstringit.*] μη ειπης — αναγαγειν. Sententia loci verbis aliis, non Mosaicis, expressa haec est: μη ενδοιαζε, ειπερ ὁ χριστος κατεβη εκ του ουρανου, μηδε, ειπερ ανηλθε εκ νεκρων, αλλα πιστευε. Illud vero μη ενδοιαζης (*noli dubitare*) multo efficacius exprimitur verbis ipsis Mosaicis (Deuteron. 30, 12.) μη ειπης εν τῃ καρδιᾳ h. *ne cogites*, ex Idiomate veteris linguae maxime vulgari. τις αναβησεται — αβυσσον. In Deuteronomio locus sic legitur: τις αναβησεται εις τον ουρανον — η τις διαπερασει ἡμιν εις το περαν της θαλασσης apte ad consilium Mosis, quod huiusmodi erat: admonere Israelitas, non esse

βήσεται εἰς τὴν ἄβυσσον; τοῦτ᾽ ἔστι Χριστὸν ἐκ
8 νεκρῶν ἀναγαγεῖν." ἀλλὰ τί λέγει; "Ἐγγύς
σου τὸ ῥῆμά ἐστιν, ἐν τῷ στόματί σου καὶ ἐν τῇ
καρδίᾳ

difficilem acquſitu legum divinarum cognitionem, vt ad eas rite tenendas opus ſit peregrinatione in diſſitas terrarum regiones, ſed quemlibet Iudaeum legendis audiendisque his libris notitiam earum facile ſibi comparare poſſe. Ab hoc igitur conſilio Moſis cum prorſus aliena eſſet Paulli ratio, partim *mutauit* Apoſtolus, quae inepta ad rem ſuam videbantur (περαν της θαλασσης in εις την αβυσσον), partim addita formula τουτ᾽ εστι locum ad rem plane aliam accommodari indicauit. τουτ᾽ εστι (cf. 9, 8. et mox v. 8.) vertendum, non: *das heiſst*, vt vulgo fit; ſed: *nimirum*, *nempe*, vt arcte iungantur ſuperioribus: τις αναβησεται, τις καταβησεται *aſcendere* — *deſcendere*, eo nimirum conſilio, vt *educatur* — *e mortuis educatur* Chriſtus. Itaque τις αναβησεται — καταγαγειν eſt oratio dubitantis *de deſcenſu filii Dei in terras* (*Ja wer kann Himmelan ſteigen, nähmlich um Chriſtum herabzuhohlen* h. *ſi his ipſis oculis meis videre potuiſſem Ieſum filium Dei in coelis verſantem hincque in terras deſcendentem tum crederem*) ſimiliterque τις καταβησεται — αναγαγειν oratio dubitantis de *veritate reſurrectionis Chriſti e mortuis*. (*Ja wer kann hinabſteigen in die Gruft, nähmlich Chriſtum hinaufzuhohlen*; h. *ſi ipſe meis oculis vidiſſem Chriſtum e mortuis in vitam redeuntem, tum crederem*. cf. Io. 20, 25. τις καταβησεται εις αβυσσον immutauit Paullus locum Moſ. (quo leguntur haec: מי יעבר אל עבר הים LXX. τις διαπερασεται ημιν εις ΠΕΡΑΝ ΘΑΛΑΣΣΗΣ) quia alias ad conſilium ſuum (vt fidem doctrinae *de Ieſu* E MORTVIS *reſuſcitato* habendam eſſe doceret) transferri non poterat. [Moſaicum עבר הים non diſſitas terrarum regiones, ſed νειχτα πειρατα γαιης και ποντοιο (Iliad. VIII, 244.), adeoque *orci vicinitatem* ex aeu priſci notionibus deſignare nobis perſuaſum eſt: vid. Pſ XC, 10. Hiob XI, 17. Odyſſ X, 508. et Ioſeph. B. I. II 8, 11. Confer tamen in ali abeuntem. S. V. *Staeudlinum* in libro: Beyträge zur Ge ſchichte der Ph. und Re Tom. II, 262.]

8. Rurſus verbis Moſaici expreſſa ſententia haec: *Ta certa et indubitata eſt doctrin*

καρδίᾳ σου." τοῦτ' ἔστι τὸ ῥῆμα τῆς πίστεως ὃ
κηρύσσομεν. ὅτι, ἐὰν ὁμολογήσῃς ἐν τῷ στόματί 9
σου Κύριον Ἰησοῦν, καὶ πιστεύσῃς ἐν τῇ καρδίᾳ σου
ὅτι ὁ Θεὸς αὐτὸν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν, σωθήσῃ·
καρδίᾳ γὰρ πιστεύεται εἰς δικαιοσύνην, στόματι 10
δὲ

de Iesu vero Messia, vt fides ei haberi necessario debeat. Contra vero in contextu loci Mosaici Deut. 30, 14. sensus hic est: *tibi Iudaeo cognitu facillimae sunt leges diuinae* ῥημα igitur loco Mos. est νομος *leges praecepta*, loco nostro vero *doctrina Euangelii*, quod ipse Ap. addito τουτ' εστι ρ. πιστ. ὁ κηρυσσομεν diserte indicat. Similiter εγγυς σου εστι εν τῳ στ. κ. καρδ. σου apud Mosen significat: *adeo propinquae*, h. *familiares domesticae tibi sunt leges diuinae, vt cognoscere eas aliasque docere facile possis;* apud Paullum vero: *adeo clare ante oculos tibi adumbrata h. certissimis argumentis adeo confirmata tibi est haec doctrina, vt dubitare de eius veritate non possis.* ἐν τῳ στοματι και εν τῃ καρδιᾳ σου pro: εις το ὁμολογεισθαι αυτην εν τῳ στ. και πιστευειν αυτῃ εν τῃ καρδιᾳ σου. *vt ad fidem habendam huic doctrinae, oreque eam profitendam vi tanquam impelli et cogi te sentias,* quam quidem Apostoli sententiam, cum hac formula vteretur, vere fuisse apparet ex v. 9.

Locus ipse prorsus consentit cum Hebr. et LXX. nisi quod vterque textus addit מאד, σφοδρα, LXX. vero etiam post εν τῃ καρδ. σου addiderunt και εν ταις χερσι σου. αλλα τι λεγει sc. ἡ εκ πιστ. δικαιοσυνη. Interseritur haec transeundi formula, quia praecesserat οὑτω λεγει, eademque sententia, quae vv. 6. et 7. *negatiue* expressa fuerat: (*noli dubitare*) nunc *affirmatiue* erat explicanda: Verterim sic: *Also was fordert sie denn? Diess: nimm an die Lehre von Herzen und bekenne sie mit deinem Munde.* ῥημα της πιστεως non: *das Wort vom Glauben* sed: *die Glauben fordernde* (l. *Glauben verdienende*) *Lehre* ῥημα, ᾡ πιστευτεον εστι.

9. 10. Quod his 2 versibus *fides animi*, et *professio oris* inuicem seiunguntur et vtrique formulae (πιστευειν καρδιᾳ et ὁμολογειν στοματι) singularis quaedam sententia iungitur (illi quidem v. 9. ὁτι ὁ Θεος αυτον ηγειρεν εκ νεκρων et v. 10. εις δικαιοσυ-
νην

δὲ ὁμολογεῖται εἰς σωτηρίαν. Λέγει γὰρ ἡ γραφή·
11 “Πᾶς ὁ πιστεύων ἐπ᾽ αὐτῷ, οὐ καταισχυνθή-
12 σεται.” οὐ γάρ ἐστι διαστολὴ Ἰουδαίου τε καὶ
Ἕλληνος· ὁ γὰρ αὐτὸς κύριος πάντων, πλουτῶν
εἰς

νην huic vero v. 9. κυριον (ειναι) Ιησουν et v. 10. εις σωτηριαν) in hoc nihil quaerendum videtur, nisi, artificium orationis ex Parallelismi studio, cui indulgere Paullum saepius vidimus, vnice repetendum. cf. 4, 25. Vnde, vt ipsius sententiae vis planior fiat, locus sic est construendus: v. 9. εαν ὁμολογ. εν τῳ στομ. και πιστευσῃς εν τῃ καρδ. σου, ὁτι Ιησους εστι κυριος, και ὁτι ὁ Θεος αυτον ηγειρε — σωθησῃ, et v. 10. καρδια γαρ πιστευεται και στοματι ὁμολογειται εις δικαιοσυνην και σωτηριαν. cf. etiam Marci 16, 16. et 1 Io. 4, 15. coll. 5, 1. Quod ὁμολογειν στοματι prius posuit Apostolus, quam πιστευειν, in eo haud dubie secutus est locum Mosaicum, quo στοματι prius, καρδια posterius erat. εις δικαιοσυνην et εις σωτηριαν sunt mere synonyma. Vtrumque positum, vt vtrique verbo ὁμολογειν et πιστευειν vocabulum simile responderet. De voce δικαιοσυνης vid. ad Gal. Exc. IV. πιστευεται εις δικαιοσ. pro ὁστις πιστευει, δικαιουται. et ὁμολογειται εις σωτηρ, pro: ὁστις ὁμολογει, σωζεται. Caeterum hac fide in Christum eiusque professione, *obsequium etiam praeceptis Christi sancte praestandum* contineri, per se apparet. [Paulisper ab auctoris mente discessurus sensum loci ita constituerim: εαν ὁμολογησῃς, — Ιησουν πιστευων εκ ὁλης καρδιας σου, ὁτι ὁ. Θ. α. η. ε. ν., σωθησῃ. *Simulac ore profitearis, Iesum esse dominum, videlicet plane persuasus, Deum suscitauisse eum de mortuis, salutem euangelicam etiam tibi oblatam habebis.* Pendet nimirum sententia, Iesum esse dominum, ab altera, Deum excitauisse eum d. m. Vid. I, 4. et 1. Cor. XV, 14.]

11. Λεγει ἡ γρ. cf. ad 9, 17. Locum ipsum explicatum vide ad 9, 33.

12. cf. 3, 22. Voce πας apud Iesaiam non *Iudaeos* tantum contineri sed etiam *gentes*, nouum eius sententiae argumentum proponitur hoc: *quod, cum omnium omnino hominum vnus idemque sit Dominus, Deus noster; ab Eodem Deo omnium etiam hominum felicitati prospectum et*

εἰς πάντας τοὺς ἐπικαλουμένους αὐτόν. “Πᾶς 13
γὰρ ὃς ἂν ἐπικαλέσηται τὸ ὄνομα Κυρίου, σωθή-
σεται.” Πῶς οὖν ἐπικαλέσονται εἰς ὃν οὐκ ἐπί- 14
στευσαν; πῶς δὲ πιστεύσουσιν οὗ οὐκ ἤκουσαν;
πῶς δὲ ἀκούσουσι χωρὶς κηρύσσοντος; πῶς δὲ κη- 15
ρύξου-

et confultum iri probabile fit. ὁ αυτος κυριος παντων vel i. q. ΕΙΣ ὁ κυρ. παντων; vel ὁ αυτος. hebr. הוא, eft periphrafis *Iehouae*, Iudaeis fcriptoribus follennis. Vid. Carpzouii Obfervv. Philon. ad Hebr. 1. 12. cf. 3, 29. κυριος i. q. θεος. πλουτων vulgo χαριτι fuppletur: *benigniffimus erga omnes, qui eum colunt.* Sic πλουτος χαριτος Eph. 1, 7. 2, 7. cf. Rom. 2, 4. 9, 23. Durius tamen h. l. omiffum eft ipfum illud χαριτι. Vnde malim πλουτων pro fynonymo habere του: δυνατος ων, δυναμιν εχων non deeft ei *facultas beandi plures*, optime Bengelius: “quem nulla „quamuis magna credentium „multitudo exhaurire poteft.” επικαλεισθαι, *precibus adorare*, i. q. λατρευειν *colere Deum.* cf. 1 Cor. 1, 2. 2 Tim. 2, 22. [Malim tamen πλουτων tranfitiue explicari, משפיע, πλουτον χαριτος μετεχων πασι.]

13. Additur aliud V. T. oraculum Ioelis 3, 5. vnde apparet: *feruari et beari a Deo, quisquis pie eum vene*retur, *fiue Iudaeus fit fiue non-Iudaeus.* Quibus quidem fingulis V. T. locis hoc potiffimum confilio vtebatur Apoftolus, vt fuum in Ethnicis potiffimum docendis conuertendisque munus vindicaret atque defenderet. κυριος 1. *Iehoua* 1. *Chriftus,* Vtrumque fert loci noftri contextus; in Prophetae contextu prior fignificatio praeferenda. [Eadem noftro loco vindicanda effe videtur propter antecedens, κυριος παντων v. 12.]

14. 15. *Cum igitur cultus Dei fine* πιστεως θεου *cogitari non poffit, ad hanc vero* πιστιν *in hominibus excitandam confirmandamque opus fit inftitutione et doctrina; profecto non eft, quod me odio profequantur Iudaei, cum doceo hanc* πιστιν *etiam habere gentes; maxime cum euenturum hoc aliquando effe, diu praedixerit Iefaias* C. 52, 7. Haec eft loci fententia, quam *eleganti forite*, ab effectis ad caufas progrediente expreffam effe, plures interpretes monuerunt. Alii (velut Grotius) ex ad-
verfa-

ρύξουσιν, ἐὰν μὴ ἀποσταλῶσι; καθὼς γέγραπται· "Ὡς ὡραῖοι οἱ πόδες τῶν εὐαγγελιζομένων εἰρήνην, τῶν

versarii persona loqui his verss. Apostolum putant; cuius dubitationi (huic nimirum: *quod multi non credunt, causam eius rei quaerendam* esse vnice in Deo, qui multis negari et subtrahi hanc *Apostolorum institutionem voluerit*): ipse demum respondeat. v. 16. Verum quae secundum hanc rationem respondens dixisse dicitur Ap, accurate non conueniunt dubitationi propositae; praetereaque eadem obiectio versu demum 18, ab Apostolo ipso proponitur, tumque aptius et accuratius refutatur versu eodem. οὖν particula transeundi. *Iam vero* i. q. δε, αλλα cf. Io. 12, 1. 2. 3. 4. πιστευειν εις θεον *Iehouam vt verum Deum colere eiusque promissis et oraculis fidem habere.* πιστευσουσιν οὐ (sc. θεου ex graecismo pro ὀν) ουκ ηκουσαν (περι οὐ ουδεν ηκουσαν, εγνωσαν, ουδεν εδιδαχθησαν) *von dem sie nichts wissen.* ακουσουσι h. γνωσουσι. κηρυσσειν, διδασκειν. καθως γεγραπται. Locus est Es. 52, 7. isque ex communi interpretum Iudaicorum consensu ad Messiae tempora referendus. Pesikta R. 53, 3. Ialkut Schimoni in Es. f. 53. 3. No. 337. *Quo tempore Deus S. B. Israelem liberabit, tri-*

duo ante aduentum Messiae Elias stabit in montibus Israelis, dicetque: O montes terrae Israelis! quam diu statis in terra deserta. Tunc dicet iis: Pax venit in Mundum S. D. Es. 52. *quam formosi sunt super montes pedes nuncii cet.* plura loca vid. apud Wetst. ipse vero locus, prouti hic expressus legitur, multum differt a textu versionis graecae, quae haec habet: ὡς ὡραιοι επι των ορεων οἱ ποδες ευαγγελιζομενου (ευαγγελιζομενων Ed. Aldin.) ακοην ειρηνης ὡς ευαγγελιζομενος αγαθα. Contra cum textu hebraeo plane consentit; nisi quod omissa sunt אל ההרים et משמיע. Caeterum reliquae verss. Graecae et Vulgata fere eodem modo verterunt: Aquila: τι ὡραιωθησαν Synon. τι ευπρεπεις Theodot. ὡς ευπρεπεις. Vulg. *quam pulchri super montes*, vnde etiam Alexandrinam versionem pro ὡς ὡρα - ὡς antiquitus ὡς ὡραιοι - οἱ legisse probabile est. ὡς ὡραιοι οἱ ποδες מה נאוו רגלי. *En laeto pacis salutisque praecones*. Tribuitur pedibus ὡραιοτης quia ὡραια erant, quae aduentus eorum hominibus afferebat. Sophocles Electr. v. 1357. ὡς ηδιστον εχουσι ποδων ὑπηρετημα et Schol. a h

τῶν εὐαγγελιζομένων τὰ ἀγαθά." Ἀλλ' οὐ 16
πάντες ὑπήκουσαν τῷ εὐαγγελίῳ· Ἡσαΐας γὰρ
λέγει· "Κύριε, τίς ἐπίστευσε τῇ ἀκοῇ ἡμῶν;"
ἄρα ἡ πίστις ἐξ ἀκοῆς, ἡ δὲ ἀκοὴ διὰ ῥήματος
Θεοῦ. ἀλλὰ λέγω, Μὴ οὐκ ἤκουσαν; μενοῦνγε 17.18
εἰς

h. l. ποδων υπηρετημα· δια γαρ τουτων τα προς σωτηριαν ἡμιν ὑπηρετησας. ειρηνη et αγαθα שלום et טוב Synonyma.

16. Cauſá vero, cur multi non σωζονται, eſt vnice in *neglectu doctrinae iis traditae* quaerenda; quod ipſum etiam Prophetae veteres, in his Ieſaias inprimis, praedixerant. αλλ' *nur freylich.* ου παντες pro πολλοι ſc. *eorum, quibus nunciata eſt haec ſalutaris doctrina.* ευαγγελιον vid. ad Gal. 1, 6. ὑπηκουσαν pro praeſenti ὑπακουουσι. ὑπακουειν (diſtinguendum ab ακουειν (i. q. πιστευειν τῳ ευαγγελιῳ 2 Theſſ. 1, 8. Ησαιας γαρ λεγει Cap. 53, 1. ακοη שמועה *ſermo, qui auditur*, hinc *doctrina*, *inſtitutio*, κηρυγμα, διδαχη cf. ad Gal. 3, 2. add. locum Philonis de ſacrif. Abel et Cain. p. 131. C. ουδε γαρ ολιγος εστιν αριθμος των εξ ακοης και ὑφηγησεως μανθανοντων. κυριε additum ex verſ. Graeca in hebraica deeſt.

17. αρα particula concludendi. *Atqui igitur.* Plerumque poſtponitur voci, non tamen conſtanter. vid. 5, 18. 7, 3. 25. 8, 12. 9, 16. πιστις εξ ακοης ſc. γινεται i. q. v. 14. ου πιστευσουσιν, ου ουκ ηκουσαν. *vt credere poſſis, opus eſt inſtitutione.* ἡ δε ακοη δια ῥημ. θεου *vt vero inſtitui poſſis, opus eſt doctrina ipſa diuina, quae eſt tradenda* (δια ῥηματων θ. pro δια κηρυγματος του ῥημ. θεου.), vel: *opus eſt expreſſo mandato diuino, quo tradere eam aliquis iubetur.* Conf. ſententiam eandem, vv. 14. 15. ſic expreſſam: πως ακουσωσιν χωρις κηρ. πως κηρυξουσι, εαν μη αποσταλωσι.

18. *Non conqueri poſſe Iudaeos*, απιστους, *quod ipſis non tradita ſit doctrina de Meſſia*, nunc docetur, rurſus vero non *verbis Paulli ipſius*, ſed iterum *loco V. T.*, quo doctrinam de vero deo per totum terrarum orbem innotuiſſe declaratur. αλλα λεγω formula dubitantis, nouaque obiicientis. αλλα - ηκουσαν (ſc. Ιουδαιοι ad quos ſolos totus locus pertinet) *Aber vielleicht kennen ſie ſie nicht? forte opportunitas audiendi de ea iis defuit?* μενουνγε repellit dubitatio-

19 εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν, καὶ
εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ ῥήματα αὐτῶν.
Ἀλλὰ λέγω· Μὴ οὐκ ἔγνω Ἰσραήλ; πρῶτος
Μωϋσῆς

bitationem: *Imo vero.* Locus, qui sequitur, est Pf. 19, 5. qui, cum in ipso carminis contextu sententiam prorsus aliam (Deum np. ex *ipsius rerum naturae adspectu* cognosci facile posse) haud dubie referat, h. l. tantum *accommodari* et *ad aliam rem transferri* ab Apostolo omnibus videtur. Nempe, quod *suis verbis* sic exprimere potuisset μενουνγε ηκουσαν παντως; id multo gravius et ad animum Iudaeorum commouendum aptius declarat Ap. ipsius poetae diuini verbis. Vnde sequitur, non singulis formulis πασα γη et περατα οικουμενης esse immorandum, nec quicquam e toto loco eliciendum, nisi hoc vnum: *Iudaeos gentesque* (qui quidem tum reiiciebant doctrinam), *potuisse eam cognoscere, si voluissent.* Eandem Moss. legum laudem iisdem fere verbis celebratam vide apud Philonem de vit. Mos. II, p. 654. C. των νομων το κλεος, ους απολελοιπε, δια πασης της οικουμενης πεφοιτηκος, αχρι και των της γης περατων εφθακεν. Verba ipse consentiunt cum LXX, non tamen dissentiente textu hebr. cum קול a graecis interpretibus nunquam φθογγος semper φωνη vertatur; ipsum vero קום, siue Arab. قوم *clamauit* contuleris, siue קו *neruum sonantem*, *fides sonoras* intellexeris, vtique φθογγος αυτων (vt קולם) verti potuerit. αυτων in Psalmo ref. ad ουρανους, h. l. postulante id consilio et contextu orationis Paullinae, ad ευαγγελιζομενων v. 15. [κηρυγματων του θεου].

19. Nouae rationi, qua incredulitatem excusare posse videbantur Iudaei, (*ne diuinando quidem assequi se potuisse, si ipsi religionem Messiae recusarent, eandem ad gentes esse transituram*) sic occurrit Ap., vt idem diu a prophetis declaratum fuisse rursus locis V. T. confirmet. αλλα λεγω μη ουκ — vid. ad v. 18. ουκ εγνω non Synonymum του: ουκ ηκουσαν. Neque enim loca Mosis et Prophetarum, quae mox afferuntur, ad istam dubitationem infringendam quicquam valere possunt; sed tota formula ex populari loquendi vsu sic interpretanda: *Aber vielleicht wußte (dachte) Israel das nicht!* sc. *a se ad gentes traductum iri doctrinam de Messia*: quae quidem sententia partim

Μωϋσῆς λέγει· "ἐγὼ παραζηλώσω ὑμᾶς ἐπ' οὐκ
ἔθνει, ἐπὶ ἔθνει ἀσυνέτῳ παροργιῶ ὑμᾶς".
Ἡσαΐας δὲ ἀποτολμᾷ καὶ λέγει· "Εὑρέθην τοῖς 20
ἐμὲ

partim ipſo v. 18. continebatur, partim mox locis V. T. magis etiam luculentiusque confirmabitur. πρωτος Μωϋσης λ. incipit his verbis reſpondere Apoſtolus. πρωτος refero ad Ieſaiam et Dauidem, quos modo citaueram moxque denuo citabit: *Iam longe ante Ieſaiam et Dauidem Moſes haec ſcripſit* pro: προτερον γαρ. Wetſtenius: "longo „cum Iſraele. Matth. 10, 2, „Act. 13, 46. 15, 14. 15. Ante „quam gentes vocarentur, „imo antequam ſcirent ſe vo„candas eſſe, Iudaeis hoc prae„dictum eſt." Sententia probabilis conſtructio grammatica vero (Ισραηλ ουκ εγνω πρωτος· Μωϋσης λεγει — ſic nimirum ex hac ratione locus eſt interpungendus.) duriſſima. Multo facilius Semlerus: *prior* ſc. nobis Apoſtolis. Locus eſt Deuteron. 32. 21. totus conſentiens cum codd. Hebr. et LXX niſi quod pro duplici ὑμας apud vtrosque αυτους legatur. Contextus loci Moſ. minatur Iudaeis cladem a Philiſtaeis reportandam, ſi negligentes forent legum diuinarum; ſententiam ipſam tamen ad quaslibet omnium temporum gentes beneficiis diuinis ornatas ornandasque accommodari commode poſſe per ſe apparet. ουκ εθνος לֹא עָם (κατ' οξυμωρον) *gens ne nomine quidem gentis digna h. viliſſima, a Iudaeis contemta.* Similes graecorum formulas cf. has; Euripid. Oreſt. 902. Αργειον ουκ Αργειον. Plutarch. aduerſ. Coloten p. 1111. χρυσος εκ μη χρυσου, λιθος εκ μη λιθου. εθνος ασυνετον non, *ſtulta* ſed *impia, idololatrica* gens גּוֹי נָבָל, quo eodem nomine *Chriſtianos* etiam nunc a Iudaeis appellari teſtis eſt Altingius in Schilo p. 344. παραζηλωσω et παροργιω ſynonyma אַקְנִיא et אַכְעִיס *odium et inuidiam excitabo in vobis contra gentes, quibus antea non inuidebatis; conferens nimirum etiam in eas beneficia, quae vobis tantum deberi vos exiſtimatis.* επι vertendum: *über. Reitzen will ich eure Eiferſucht über ein verachtetes Volk; reitzen euren Unwillen über ein abgöttiſches Volk.*

20. δε *ſimiliter feriori tempore Ieſaias* cf. πρωτος v. 19. αποτολμαν (Philo leg. allegor. I, p. 47. B. Hom. Odyſſ. Α. 353. σοι δ' επιτολματω κραδιη και θυμος ακουειν. Aeſchines contra Cteſiphontem; απετολμησε

ἐμὲ μὴ ζητοῦσιν, ἐμφανὴς ἐγενόμην τοῖς ἐμὲ μὴ
21 ἐπερωτῶσι." πρὸς δὲ τὸν Ἰσραὴλ λέγει· "Ὅλην
τὴν ἡμέραν ἐξεπέτασα τὰς χεῖράς μου πρὸς λαὸν
ἀπειθοῦντα καὶ ἀντιλέγοντα."

Λέγω

τολμησε λεγειν. Philo leg. ad Cai. p. 1003. A. εθρασυνατο και απετολμησεν εις τους πολλους εξενεγκειν την αθεωτατην εκθεωσιν.) i. q. παρρησιαζεσθαι, παρρησιαζοντα λεγειν. αποτολμᾳ και λεγει *libere*, *sine tergiuersatione*, *minatur Israelitis haec*: Locus est Es. 65, 1. 2. isque in ipso etiam vaticiniorum contextu de *reprobatione Iudaeorum agens*, *in quorum locum aliae gentes sint transiturae*. Expressus est ex textu graeco, nisi quod membra ordine inuerso legantur: εμφανης εγενηθην (hebr. נדרשתי) τοις εμε μη επερωτωσιν, εὑρεθην τοις εμε μη ζητουσιν. Aoristi εὑρεθην et εγενομην vim *Praesentis* habent, quo quidem vtitur Propheta pro *Futuro*. *Finden will ich mich lassen von Völkern, die mich jetzt nicht suchen*. εὑρισκεσθαι et εμφανη γινεσθαι dicitur deus, cum *beneficiis excitat homines ad se colendum sibique obsequendum*. ζητειν et επερωταν בקש et שאל synonyma, *pie colere deum*.

21. *Contra vero hoc ipso loco v. 2. idem Iesaias Israelitis suam in impie agendo pertinaciam sic exprobrat*. προς non *ad* sed *contra*, *aduersus*. Est enim oratio *exprobrantis* et *accusantis* populum, non *alloquentis*. Verba consentiunt cum LXX, nisi quod apud hos transposita sic leguntur: εξεπετασα τας χειρας μου ὁλην την ἡμεραν προς λαον απ. κ. αντιλ. Sententia haec: *indefesso studio elaboraui, vt ad meliorem mentem eos adducerem bearemque, sed obstinato animo esse pergunt*. απειθειν et αντιλεγειν synonyma. In textu hebr. vnum סורר legitur; cuius duplex duorum interpretum videtur esse haec versio Graeca: vt Ies. 3, 2. γιγαντα και ισχυοντα (hebr. גבור). Aliis locis סורר et מורה inuicem iungi solent. Deut. 21, 18. 20. Ps. 78, 8. Ierem. 5, 23. αντιλεγειν non ad *verba* tantum referendum, sed vniuerse pro αντιστηναι; αντικεισθαι *aduersari alteri* capiendum cf. Luc. 2, 34. Tit. 2, 9. Hebr. 12, 3. αντιλογια των ἁμαρτωλων h. απειθεια και βλασφημια. Vnde h. l. λαος αντιλεγων est *populus rebellis*.

Et hic quidem locus, inprimis inde a versu 18, si diligenter

Λέγω οὖν· Μὴ ἀπώσατο ὁ Θεὸς τὸν λαὸν αὐ- XI.
τοῦ; μὴ γένοιτο· καὶ γὰρ ἐγὼ Ἰσραηλίτης εἰμὶ,
ἐκ

ter attenditur, non apparet profecto, quid amplius postulari aut exspectari possit, vt ab omni cupiditatis culpa Deus vindicetur, caussa vero incredulitatis humanae cum eaque coniunctae miseriae in sola hominum ipsorum praua voluntate quaeratur. Vnde ad Capitis IXni loca aliquanto obscuriora rite interpretanda et ab omni *absoluti cuiusdam decreti diuini*, quod firmari iisdem aiunt, crimine vindicanda, hunc inprimis locum diligenter conferendum esse censeo.

Cap. XI. Expositis iam superiori capiti caussis iis, cur tanta Iudaeorum multitudo a societate regni Messiae excludatur, nunc tandem, *partim* vt Christianos e Iudaeis de tristissima hac gentis suae conditione lugentes quodammodo erigat, *partim* vt Ethnico Christianis Iudaeorum fato insolenter insultantibus omnem fastus superbiaeque materiem praecidat, vtrosque vero ad pie adorandam Dei-sapientiam et benignitatem excitet atque compellat, docet hoc capite: *primum*, non existimandum esse, omnes vbique terrarum Iudaeos, qui Iesum Messiam nondum aperte profitentur: alieno etiam ab eius doctrina atque adeo hostili in eum animo esse, imo vero magnam eorum multitudinem esse posse, qui vel insciis Christianis Iesum pie colant, eiusque gratia servari cupiant. 1-6; *deinde* caeterorum etiam, sua culpa incredulorum Iudaeorum prauitatem et malignitatem declarandae Dei tum sapientiae tum benignitati mirifice inseruire 7-22; *denique*, non sine ratione sperandum esse, fore, vt aliquando post conuersas ad Iesu religionem gentes reliquas vniuersa etiam Iudaica gens ad eandem religionem eiusdemque felicitatis vsum fructumque sit accessura. 23 sqq. λεγω ουν μη. — *Cum igitur in hunc usque diem inania fuerint Dei in conuertendis Iudaeis studia, sequitur fortasse, nunc plane reiectum et reprobatum esse a Deo vniuersum populum?* απωσατο. απωθεισθαι non infrequens apud Graecos voc. vid. Wetstenium l. q. αποδοκιμαζειν Ps. 94, 14. Hesych. απωσατο, μακραν εῤῥιψεν. τον λαον αυτου pro τον Ισραηλ omnes omnino *Israelitas*: POPVLVS opponitur *certis quibusdam ciuibus*. *Hi* potuerunt esse reiecti, *illi* non item. μη γενοιτο.

2 ἐκ σπέρματος Ἀβραὰμ, φυλῆς Βενιαμίν. οὐκ
ἀπώσατο ὁ Θεὸς τὸν λαὸν αὐτοῦ, ὃν προέγνω. ἢ
οὐκ οἴδατε ἐν Ἠλίᾳ τί λέγει ἡ γραφή; ὡς ἐν-
τυγχάνει τῷ Θεῷ κατὰ τοῦ Ἰσραὴλ, λέγων·
"Κύριε,

νοιτο. Refellitur obiectio *tum* experientia, cum e Iudaeis multi (in his Paullus ipse) Christum sequerentur, v., 1; *tum* exemplo simili V. T. ad hanc rem accommodato v. 2-4. και γαρ εγω Ισρ. ειμι. *Alias ne ipse quidem, qui sum natus Iudaeus, potuissem recipi in gratiam Dei.* Potuisset scribere: και γαρ ἡμεις κατα πολυ εσμεν Ισραηλιται. Multo vero efficacius *se ipsum* nominat, hostem olim et persecutorem nominis Christiani. εκ σπερματος Βενιαμιν. Non est in his emphasis quaerenda, sed ad consuetudinem Iudaeorum, cum de natalibus suis loquuntur ad stirpem ipsam, vnde genus deducunt, eiusque primum auctorem redeundi, vnice haec referenda. Similiter idem Paulus Phil. 3, 5. εκ σπερματος (h. γενους) Αβρααμ. *Abrahamida*, quo potissimum titulo gloriabatur Iudaeus.

2. ουκ απωσατο ὁ θεος λαον αυτου. *Sein Volk verwirft Gott nicht.* Aoristus vim Praesentis habet. Sententia ipsa frequens in V. T. 1 Sam. 12, 22. Iudic. 6, 13. ὁν προεγνω *quem quidem semel aeterno sapientique consilio populum suum constituerat*: [nisi addere malis: ὁμοιον γινεσθαι χριστῳ.] De vsu loquendi cf. ad 8, 29. εν Ἠλιᾳ pro εν τῳ περι του Ἠλιᾳ βιβλιῳ *ea parte libri Regum, qua res ab Elia gestae narrantur* cf. Marc. 12, 26. επι της βατου h. *loco de rubo ardente.* Quodammodo similiter nos: Suetonius *in Nerone* pro *in vita Neronis* al. [Vereor, vt Eliae nomine excitetur vspiam liber regum, vel sectio eius singularis. Syrus ܒܐܠܝܐ *de Elia*, περι του Ηλια: quid Eliae exemplo doceat scriptura.] λεγει ἡ γρ. vid. ad 9, 17. εντυγχανειν τινι *incidere in aliquem, accedere vt colloquaris cum eo.* Hesych. προσερχεσθαι. Hinc significatio varia oritur, prout vel particulae ὑπερ vel κατα iungitur; εντυγχανειν τινι ὑπερ τινος *colloqui alterius causa* h. *intercedere pro eo*; viciſſim, εντυγχ. κατα τινος *verba facere contra aliquem* h. *accusare eum, conqueri de eo.* cf. 1 Macc. 8, 32. 10, 61. 63. 64. 11, 25.

'Κύριε, τοὺς προφήτας σου ἀπέκτειναν, καὶ τὰ 3
θυσιαστήριά σου κατέσκαψαν, κἀγὼ ὑπελείφθην
μόνος, καὶ ζητοῦσι τὴν ψυχήν μου." ἀλλὰ τί 4
λέγει αὐτῷ ὁ χρηματισμός; "Κατέλιπον ἐμαυτῷ
ἑπτακισχιλίους ἄνδρας, οἵτινες οὐκ ἔκαμψαν γόνυ

τῇ

3. 1 Reg. 19, 10. Fere antum constructione verbo-um differt textus Graecus: τα θυσιαστηρια σου κατεσκαψαν και τους προφητας σου απεκτειαν εν ρομφαια, και ὑπολελειμμαι εγω μονωτατος και ζητουσι την ψυχην μου λαβειν αυτην. Eadem paullulum immutata eguntur v. 14. προφητας απεκτειναν ex mandato Ahabi egis, impulsu reginae Iesebelis Sidonia stirpe oriundae 8, 4. κατεσκαψαν θυσιαστηρ. c. aras in veri dei honorem onditas, cum post Iudaici t Israelitici regni diuortia ab ccessu ad templum Hierosoymit. arcerentur a regibus uis Israelitae. vid. 1 Reg. 18, 0. κατασκαπτειν i. q. καταβαλλειν. ζητουσι την ψυχ. μου בקשו את נפש vitae meae insidiantur. [Confer ill. *Eichhornii* comment. egregia *von den Prophetensagen im Hause* *Israel:* Bibl. lit. bibl. t. IV. . 193 sq.]

4. 1 Reg. 19, 18. Locus roprius accedit ad hebraica, (השארתי בישראל שבעת אלפי כל הברכים אשר לא כרעו לבעל quam Graeca: και καταλειψεις (Complut. καταλειψω) εν Ισραηλ ἑπτα χιλιαδας ανδρων παντα γονατα ἁ ουκ ωκλασαν (εκαμψαν ed. Ald. et Compl.) γονυ τῳ Βααλ. χρηματισμος (in libro Regum בת קול) *oraculum diuinum.* χρηματιζειν *afflatu diuino perculsum aliquid effari.* Matth. 2, 12. 22. Luc. 2, 26. Act. 10, 22. Hebr. 8, 5. 11, 7. Κατελιπον εμαυτῳ, h. *eximam cladibus, quibus subigentur tribus Israeliticae, eos, qui non adorant Idola.* τῃ Βααλ. genus foeminum rarius occurrit, occurrit tamen: Hos. 2, 8. Ier. 2, 8. Sophon. 1, 4. et Tobiae 1, 5. τῃ Βααλ τῃ δυναμει (Baali *Deae* δυναμις, hebr. עז, גבורה, כבור, synonymum θεου) vel secundum lectionem vulg. τῃ Β. τῃ δαμαλει. Vnde videtur idolum vtriusque sexus fuisse, quale tamen fuerit (vulgo *solem lunamque* fuisse aiunt), mihi non constat. Plerique interpretes, vt foeminum explicent, addi volunt εικονι, sine idonea ratione. [*Herculem Tyrium* innui, h. *Michaelis* suspicatur

in

5 τῇ Βάαλ." οὕτως οὖν καὶ ἐν τῷ νῦν καιρῷ
6 λεῖμμα κατ' ἐκλογὴν χάριτος γέγονεν. (εἰ δὲ
χάριτι, οὐκ ἔτι ἐξ ἔργων· ἐπεὶ ἡ χάρις οὐκ ἔτι
γίνεται χάρις. = εἰ δὲ ἐξ ἔργων, οὐκ ἔτι ἐστὶ
χάρις

VARIAE LECTIONES.

6. Ει δε εξ εργων — εργον. Desunt haec in Codd. A. C. D. E F. G. 47. a. pr. m. Ed. *Griesb.* Verss. *Copt. Arm. Aethiop.* (quae taman post εργων prius, addit: ει δε εξ εργων) *Vulg. Ital.* (habent *Syr.* et *Arr.*) *Chrysost. Theodor.* (vterque habet in textu sed non in Commentario) *Damasc. Hier. Ruff. Ambrosiast. Pelag. Sedul Beda, latinis* omnibus; probb. *Erasmo, Grotio Millio, Wetsten Semlero.* ει δε εξ εργων ουκετι εστι χαρις omittunt 17. vt videtur, 52 54. a p. m. επει το εργον ουκετι εστιν εργον omittit 4. a pr. m.

in supplem. ad L. H. voc. בעל, repugnantibus, vt videtur, locis 1 Reg. XIX, 18. Hiob XXXI, 23. Veterum opiniones recenset *Seldenus* (de Diis Syris p. 240.) argumentis idoneis contendens, בעל Solem, Apollinem Phoenicum, עשתרות lunam designare: Iudic. II, 13.]

5. Accommodatur exemplum Eliae ad rem praesentem. λειμμα. שאר l. שריד i. q. καταλειμμα 9, 27. *pars populi.* Ratio, cur hoc potissimum vocabulo vteretur Ap. quaerenda in superiori ὑπελειφθην v. 3. vnde etiam *paucitatis* notionem (etsi alias formulis his inesse solet, vid. Wetst.) in *hunc* locum non intulerim. λειμμα γεγονεν pro ὑπελειφθησαν τινες. κατ' εκλογην χαριτος pro κατα χαριν, ἡ εξελεξατο αυτους ὁ θεος. *Sunt etiam nunc, quos pro sua benignitate Deus elegerit.* [Εκλογη χαριτος IX, 2. Eph. I 5. est ευδοκια θεληματος, χαριτος πληρης, voluntas gratiae et beneficii plena].

6. Vncis includendum putaui hunc versum; non enim pertinet ad vniuersi loci consilium et nexum, sed ad solam, quae praecesserat, χαριτος vocem; quae quidem hanc totius Epistolae primariam sententiam: *quicquid beneficiorum diuinorum homini contingit, nihil eorum proprio merito; omnia diuinae beneuolentiae esse tribuenda*, denuo in animum Apostoli reuocabat. ει δε χαριτι sc. γεγονε λειμμα κ εκλογην. ουκ ετι pro ουδαμως *nullo modo: penitus abrogata iam est omnis proprio merito gloriandi occasio:* επει — χαρις *gratuitum* enim beneficium

χάρις· ἐπεὶ τὸ ἔργον οὐκ ἔτι ἐστὶν ἔργον:). Τί 7
οὖν; ὃ ἐπιζητεῖ Ἰσραὴλ, ~τούτου: οὐκ ἐπέτυχεν.
~τοῦτο ἡ

VARIAE LECTIONES.

7. τουτο pro τουτου legunt Codd. A. C. D. E. F. 1. 13. 14. 17. 18. a. pr. m. 20. 23. 26. 31. 37. 38. 39. 44. 45. 46. 47. 54. 61. Ed. *Complut. Erasm. Ald. Colin. Steph.* 1. 2. *Wechel. Bogard, Griesbach. Chrysost.* in Io. Hom. IX. *Euthal.* probb. *Millio, Wetstenio.*

cium, et *id quod propriis meritis acquiritur*, ita inuicem sunt opposita, vt alterum altero necessario tollatur. επει *alioquin* 1 Cor. 7, 14. 15, 29. Hebr. 9, 28. 10, 2. Similia ex Platone exempla collegit Wetst. [Vide eandem sententiam supra obuiam c. IV, 4.]

7. τι ουν mera formula transeundi pro ουκουν [Potest tamen etiam suppleri λεκτεον, vel λογιστεον: *quid itaque statuendum est? Hoc, Israelem salutem, quam lege meriturus erat* (IX, 31.), *non obtinuisse: pars autem adepti sunt beneficio Christi.*] ὁ επιζητει — ουκ επετυχεν. Probo lectionem τουτο (vid. var. lect.) loCique sententiam sic constituo: sunt *Israelitae, qui magno studio affectant felicitatem in regno Messiae* (ὁ επιζητει Ισραηλ pro Ισραηλ, ὁ επιζητει i. το επιζητουν, καιπερ επιζητει) *et tamen non obtinet eam* (τουτο sc. Ισραηλ, ουτοι οἱ Ισραηλιται ουκ επετυχον) *sed pauci tantum diuina benignitate electi, reliqui sunt manentque animo pertinaci et obstinato.* Sententia eadem, quam 9, 16. sic expresserat. ου θελοντος ουδε τρεχοντος, αλλα του ελεουντος θεου. επιζητουσι sc. ΕΞ ΕΡΓΩΝ σωθηναι. Ex communi vero omnium fere interpretum ratione ὁ ad obiectum refertur: posito post επετυχεν signo interrogandi, vnde sententia haec: *Quid igitur! Israelitis non contigit id, quod tanto studio optabant atque affectabant? Imo vero, nonnullis eorum vtique contigit.* Et fert hanc quidem rationem vsus loquendi (etiam, cum τουτο probaueris. Eurip. Hec. 51. τουμον μεν ουν ὁσον περ ηθελον τυχειν, etsi constructio haec verbi τυγχανειν cum accusatiuo mere poetica est) propter loci tamen contextum, priorem praefero. επωρωθησαν cf. 2 Cor. 3, 14. 15. πωρουσθαι a πῶρος occallescere, hinc, *omni boni malique felicitatis et miseriae sensu destitui.* Transfertur deinde tum ad *ingenii* stuporem, tum ad *animi* nequitiam. De priori signi-

8 ἡ δὲ ἐκλογὴ ἐπέτυχεν. οἱ δὲ λοιποὶ ἐπωρώθη-
σαν, καθὼς γέγραπται· "Ἔδωκεν αὐτοῖς ὁ Θεὸς
πνεῦμα κατανύξεως, ὀφθαλμοὺς τοῦ μὴ βλέπειν,
καὶ ὦτα τοῦ μὴ ἀκούειν, ἕως τῆς σήμερον ἡμέ-
ρας."

significatione, a paucis interpretibus animaduersa, cf. ad Eph. 4, 18. quam eandem etiam h. l. obtinere, ex locis Iesaiae et Psalmorum mox afferendis apparet. Verterim: *die übrigen sind wie verblendet.* Hesych. επωρωθησαν ετυφλωθησαν. Similiter Vulg. et Ital. *excoecati sunt*, vt v. 25. πωρωσις *coecitas*; siue vterque interpres pro επωρωθησαν legerit επηρωθησαν et πηρωσις pro πωρωσις, (πηρος enim *coecum* significare probatum non vidi) siue sensum magis quam significationem vertendo expresserit.

8. Confirmatur sententia locis V. T. quibus de simili Iudaeorum in reiiciendis beneficiis diuinis stupore conquesti fuerant Prophetae. 2 Cor. 3, 14. 15. Καθως γεγραπται. Non vnum locum Es 29, 10. citasse, sed ex pluribus formulas suo consilio aptas collegisse putandus est Ap. inprimis tamen cf. Es. 29, 10. 6, 10. Deut. 29, 3. Ex *priori* deducta haec: πνευμα κατανυξεως, e *duobus posterioribus* reliqua: οφθαλμους — ακουειν. πν. κατανυξεως רוח תרדמה *veterni, soporis spiritus*, unde κατανυξις h. l. non λυπη *dolor* (quod est in graecis scriptoribus, a κατανυττω *compungo*) sed ex vsu Alexandr. interpretum (a νυω, νευω, νυζω, νυστος, νυσταζω *capite nicto, dormientis instar*) *sopor grauis et profundus* νοσταγμος cf. Dan. 10, 9. הייתי נרדם κατενυγην, *sopore offusus sum*. Vnde iidem graeci interpretes etiam נאלם *obmutescere* et דום *silere* κατανυεσθαι vertunt Dan. 10, 15. Leuit. 10, 3. Ps. 4, 4. Es. 47, 5. itemque תרעלה κατανυξις Ps. 60, 3. Loco Iesaiae, cuius hic meminisse videtur Ap., Aquila vertit καταφορα *veternus*, et Theodot. εκστασις, quod vtrumque eodem redit. Est igitur πν. κατ. *status animi vecordis bonique malique sensu destituti.* [B. Michaelis supplem. ad L. H. v. רדם praeferre videtur originationem *compunctionis*, ex eaque *soporis*, quia somnus *compungit* (κατανυσσει) oculos, etymo vt videtur ambiguo, sensu tamen eodem.] — εδωκεν αυτοις. Ita Paullus ipse memoriter loco vtens, immutauit vers. Graecam, cum hebr. textu

ρας." καὶ Δαβὶδ λέγει. "Γενηθήτω ἡ τράπεζα 9
αὐτῶν εἰς παγίδα καὶ εἰς θήραν καὶ εἰς σκάνδα-
λον, καὶ εἰς ἀνταπόδομα αὐτοῖς· σκοτισθήτωσαν 10
οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν τοῦ μὴ βλέπειν, καὶ τὸν νῶ-

τον

textu plane conſentientem: πεποτικεν ὑμας κυριος, נסך יהוה עליכם. Formulae, *dedit iis Deus*, ex ſtylo veteris linguae ſenſus hic: *permiſit Deus eos fieri tales.* οφθαλμους του μη — ακουειν cf. Eſ. 6, 10. Deut. 29, 3. pro οφθαλμους ουδεν βλεποντας, τυφλους: ωτα ουδεν ακουοντα, ανηκοα, κωφα, *occoecauit oculos, vt videre; ſurdas fecit aures, vt audire non poſſent.* Sententia eadem, in profanis ſcriptoribus frequens: vid. ad 1, 29. adde haec: Vellei. Paterc. *Ita ſe res habet, vt plerumque, cui fortunam mutaturus eſt Deus, conſilia corrumpat.* Ammian. Marcell. *Solent manum iniectantibus fatis hebetari ſenſus hominum et obtundi.* ἑως της σημερον ἡμερας, addita haec a Paullo, quia iſtas Prophetarum querelas ad ſua etiam tempora accommodari voluit. Simile auctarium loco ſimili vide 2 Cor. 3, 15.

9. 10. Locus eſt Pſ. 69, 23. quo *afflictus poeta* (neque enim de *Chriſto* Pſalmum agere, vllo ſubtiliore argumento effici poteſt, etſi *plures* eiuſdem carminis *ſententias* in *vitam I. C.* admodum conuenire, ideoque ad hanc etiam ab Apoſtolis commode transferri potuiſſe non negatur) mala imprecatur hoſtibus, in hunc modum: *Inter conuiuia laeta calamitas et miſeria eueniat ipſis, vt poenas luant iniuriae mihi inflictae. Callidiſſima eorum conſilia irrita fiant, visque ipſorum penitus infringatur.* Ex quo quidem loco ad Paulli conſilium proprie tantum pertinebant haec: σκοτισθησαν οἱ οφθαλμοι αυτων του μη βλεπειν: caetera vero adduntur, quia ſemel in locum hunc inciderat Ap.; ſaltem in ſingulis formulis tantum *vniverſa quaedam poenarum divinarum deſcriptio* eſt quaerenda. Verba ipſa fere conſentiunt cum hebr. et Verſ. Graec. quae huiusmodi eſt: γεν. ἡ τραπ. ενωπιον αυτων εις π. και εις ανταποδοσιν κ. εις σκανδ. Σκοτισθητωσαν — συγκαμψον. παγις et θηρα (εις θηραν addidit Ap.) ſynonyma, *laqueus, captura.* Idem eſt σκανδαλον, quo ſaepius vertunt LXX. מוקש *decipulam* Ioſ. 23, 13. Iud. 8, 27. 1 Sam. 18, 21. In omnibus ineſt ſi-

11 τον αὐτῶν διαπαντὸς σύγκαμψον. Λέγω οὖν· μὴ
ἔπταισαν, ἵνα πέσωσι; μὴ γένοιτο· ἀλλὰ τῷ αὐ-
τῶν παραπτώματι ἡ σωτηρία τοῖς ἔθνεσιν, εἰς τὸ
παραζη-

gnificatio *eius, quod perniciem affert.* νωτον συγκαμψον sensum magis secuti Alexandrini, quam verba textus hebr. המעד מתניהם *lumbos eorum fac vacillare.*

11. sqq. Finit tandem Apostolus omnem de Dei in Iudaeis reiiciendis Ethnicisque recipiendis sapientia et benignitate disputationem loco inprimis egregio et ad animum commouendum summaque Apostoli admiratione perfundendum efficacissimo; cuius summa haec est: *Permisisse Deum, vt ad tempus Iudaei reiicerent doctrinam de Messia, non quod eorum ex hac incredulitate oriunda miseria delectaretur Deus, sed consilio hoc: vt eo celerius ad gentes non-Iudaicas perferri posset doctrina ipsa; maxime cum praevideret, fore aliquando vt haec ipsa, quam ethnicis contigisse vident Iudaei, salus excitet ipsos ad imitandam Ethnicorum fidem. Vnde adorandam quidem vtique Christianis e gentibus esse Dei erga ipsos benignitatem, gloriandum vero et insultandum Iudaeis nullo modo; quum, quicquid sibi contigisse sentiebant, soli benignitati diuinae, non suis meritis, acceptum referre debeant; ipsi vero etiam Iudaei, si ad meliorem mentem redeant, eandem gratiam diuinam denuo experiri possint. Quod quidem ipsum vere etiam aliquando euenturum esse*, extremo tandem capite docetur. λεγω ουν vid. ad v. 1. μη — πεσωσι. אם כשלו ונפלו Sententia haec: *num passus est Deus fieri eos incredulos consilio hoc: vt sine spe salutis miseros eos redderet.* πταιειν כשל et πιπτειν differunt, vt *causa* et *effectus*. Illud *offendere straucheln* Polyb. p. 1307. l. 6. a. f. ὁ δε παρακαλει μη δις προς αυτον λιθον πταιειν;) hoc *cadere*. Illud per Metaphoram in omni veteri lingua vsitatum est l. *errare* l. *delinquere* Iac. 2, 10. 3, 2. hoc: *miserum fieri, perire*; quod ipsum hoc loco εμφατικωτερως de *summa et irreparabili miseria* intelligendum esse, ex seqq. εις το παραζηλωσαι αυτους apparet. τῳ παραπτωματι pro δια του παραπτωματος. παραπτωμα vel απειθεια, απιστια vel *ex* απιστιᾳ *oriunda miseria*, απωλεια, quia πταιειν et πεσειν praecesserant. ἡ σωτηρια sc. εγενετο. τῳ αυτων — εθνεσιν. cf. Matth. 21, 32. Luc. 15, 17. 18. 30. 32. et e scripto-

παραζηλῶσαι αὐτούς. εἰ δὲ τὸ παράπτωμα αὐ- 12
τῶν πλοῦτος κόσμου, καὶ τὸ ἥττημα αὐτῶν πλοῦ-
τος ἐθνῶν· πόσῳ μᾶλλον τὸ πλήρωμα αὐτῶν;
Ὑμῖν

fcriptoribus Iudaicis, Midrafch Tehillim XXV. *Quando peccarunt Ifraelitae, ablata illa funt et data gentibus mundi.* Sanhedrin I. *Vtrique opus manuum mearum funt, quomodo perderem vnum alterius caufa.* — *Lapfis Iudaeis D. S. B. eorum dignitatem conceffit gentibus, conuerfo autem Ifraele ad deum, graue eft ei perdere gentes in gratiam Ifraelitarum.* Sententiam loci egregie declarat Grotius in hunc modum: "Iu„daeorum incredulitas duo„bus modis feruiit gentibus: „primum, quod ea ratione „apparuit nullam iniuriam a „deo Iudaeis fieri, quod gen„tes vocaret ad ea, quae ipfi „repudiauerunt vid. Matth. „24, 14. deinde, quod fi Iu„daeorum pars maxima in „Chriftum credidiffet, ea ob„ftitiffet, ne gentes, nifi „circumcifae et legi Mofis „fubditae, ad corpus ecclefiae „reciperentur, vt videre ex „Act. 15, 1. 21, 20. Nunc „vero multo minor pars cum „effent, legem dare caeteris „non potuere." εις το παραζηλωσαι αυτους. *Qua quidem gentium receptione voluit Deus ad aemulationem excitari Iudaeos.* De verbo παραζηλουν vid. ad 10, 19.

12. *Si enim hoc aliquando contingere poffet* (το παραζηλωθηναι Ιουδαιους) *cogitate, quanta inde in orbem terrarum redundatura effet felicitas; cum ipfa adeo Iudaeorum incredulitas tot hominum faluti proficua fuerit.* Eadem fententia duplici formula exprimitur. In priori deeft Apodofis, qua demum addita accurate membra inuicem refpondent: ει δε το παραπτωμα — κοσμου, ποσω μαλλον Η ΑΝΑΣΤΑΣΙΣ ΑΥΤΩΝ; και ει το ἡττημα αυτων πλουτος εθνων, ποσῳ μαλλον το πληρωμα αυτων; πληρωμα enim proprie non ad παραπτωμα fed ἡττημα referendum effe quisque videt. κοσμος *homines fine gentis difcrimine Iudaei et Ethnici*, inprimis tamen *hi*. το παραπτωμα πλουτος κοσμου fc. εγενετο. h. δια παραπτωματος — επλουτισθη (h. εσωθη) ὁ κοσμος. πλουτος enim i. q. ευδαιμονια σωτηρια, v. 11. cf. Hebr. 11, 26. το ἡττημα vel *paucitas*, vt oppofitum πληρωμα fit *multitudo, vniuerfitas* (cf. v. 25.) vt τα ἡττονα oppofita τοις πλειοσι faepius dicun-

13 Ὑμῖν γὰρ λέγω τοῖς ἔθνεσιν· ἐφ᾽ ὅσον μέν εἰμι
ἐγὼ ἐθνῶν ἀπόστολος, τὴν διακονίαν μου δο-
ξάζω,

dicuntur. (Neque tamen Ef. 31, 8. quicquam probat; ibi νεανισκοι εσονται εις ἡττημα idem est, quod νεανισκοι ἡττηθησονται *vincentur, subigentur hostibus iuuenes* cf. quae loco eodem v. 9. leguntur, ipsumque hebraicum, למס יהיו) vel *conditio deterior, clades* cf. 1 Cor. 6, 7. similiterque το ἡττον 1 Cor. 11, 17. et ἡττασθαι *vinci, inferiorem esse*, 2 Cor. 12, 13. 2 Petr. 2, 19. 20. Tum πληρωμα iterum ex oppositi ratione non est *Iudaeorum multitudo*, sed *fortunae abundantia* synon. του πλουτου cf. 15, 29. h. l. positum pro ευδαιμονια, σωτηρια v. 11. προσληψις v. 15. (ανακεφαλαιωσις Eph. 1, 10.) vt ἡττημα syn. της αποβολης versu eodem. *Ihr Unglück ist Glück für die Heyden* cf. v. 11. [Ex nostro iudicio sensus loci hoc ratione videtur expediendus: ει δε δια του παραπτωματος τ. ε. της απιστιας αυτων επλουτισθη ὁ κοσμος, και δια της αποστροφης των Ιουδαιων ὁι εθνικοι μετεχον του πλουτου της χαριτος του θεου, ποσω μαλλον ἡ επιστροφη παντων Ισραηλιτων σωσει παντα τον κοσμον;]

13. *Scitote enim, vos e gentibus Christiani: ex quo tempore missus sum inter gentes Apostolus, in hac muneris mei parte recte administranda, omnem operam colloco, eo inprimis consilio: vt, si fieri possit, populares meos ad aemulandam Ethnicorum fidem excitem sicque aliquam saltem eorum partem seruem.* ὑμιν τοις εθνεσι h. τοις εξ εθνων ἁγιοις; quos quidem *Ethnicos-Christianos* nunc potissimum alloquitur, cum superiora tum *Christianis uniuersis*, tum *Iudaeis* inprimis scripta essent. εφ᾽ οσον vel subaudiendum χρονον *quamdiu* Matth. 9. 15. vel vertendum cum Erasmo *quatenus, in quantum.* εγω ΕΘΝΩΝ Αποστολος ex Christi mandato Act. 9. 15. cf. Gal. 2, 7. non, quod *Iudaeorum* nullam rationem habere debuerit (habuit vtique, et quouis loco primum *Iudaeorum synagogas* adiit) sed quod praecipue in *exteras ethnicarum gentium regiones* secessit, cum reliqui Apostoli magis *intra terrae Israeliticae fines* se continerent. την διακονιαν μου δοξαζω. formula, ad praemulcendum animos ne iniquius acciperent, quae mox subiungere volebat, aptissima. δοξαζω pro ζητω δοξαζειν cf. ad Gal. 1, 10. 13 *operam do, vt conuersorum Ethni*

ξάζω, εἴπως παραξηλώσω μου τὴν σάρκα, καὶ 14
σώσω τινὰς ἐξ αὐτῶν. εἰ γὰρ ἡ ἀποβολὴ αὐτῶν, 15
καταλλαγὴ κόσμου· τίς ἡ πρόσληψις, εἰ μὴ ζωὴ
ἐκ νεκρῶν;

Ei'

Ethnicorum multitudine honorem atque laudem conciliem muneri meo.

14. Ει πος pro ἵνα, ει δυνατον. formula nec *desperantis*, nec *magnopere confidentis* Act. 27, 12. Rom. 1, 10. Phil. 3, 11. ει'πως — σωσω εξ αυτων. addita haec, ne in Iudaeo-Christianos commemoranda sua ad Ethnicos potissimum legatione inuidiam odiumque excitaret. σαρξ *populares* vid. ad Gal. Exc. IX, p. 123. αυτων ad sensum magis referendum, quam ad verba, quae praecesserant. σωσω, *ad salutarem Christi religionem adducam*. cf. 1 Cor. 7, 16. 9, 22. 1 Tim. 4, 16.

15. Sententia v. 12. repetitur. αποβαλλειν i. q. απωθειν v. 1. [imagine a naufragio ducta Act. 27, 21. Plene: ει γαρ δια της αποβολης αυτων ὁ λογος της καταλλαγης εκηρυχθη τω κοσμω, ποσω μαλλον εν προσληψει αυτων ζωοποιηθησονται οι εν αμαρτιαις νεκροι τ. ε. τα εθνη;] προςλαμβανεσθαι הקריב *familiarem sibi reddere*, *in familiam s. populum suum recipere* cf. 1 Sam. 12, 2. προσελαβετο ὑμας ἑαυτω εις λαον. Ps. 65, 5. μακαριος ὁν προσελεξω και προσελαβου. κοσμος vt v. 12. *gentes*. καταλλαγη et ζωη εκ νεκρων. vtrique formulae inest *felicitatis* notio, gradu tamen vtraque differt. In illo καταλλαγης seruauerim etiam h. l. significationem maxime propriam *gratiae diuinae nobis conciliatae* cf. 2 Cor. 5, 18-20. Hoc vero, ζωη εκ νεκρων (quod posuit Ap. vt responderet illi της καταλλαγης) translate accipio pro: *summa felicitas* ευδαιμονια απειρος, μεγιστη *unermeßliches Glück*; permittente id omnium linguarum vsu loquendi populari. Terent Hecr. V, 4. *Egone qui ab orco mortuum me reducem in lucem feceris.* Alii de *conuersione a scelere ad virtutem* cogitant coll. Eph. 2, 1. 5. sed obstant huic rationi tum voc. καταλλαγης, cui non respondet *conuersio*; tum ipsa totius loci constructio: ex qua καταλλαγην et ζωην εκ νεκρων gradu differre, sententiaeque vim in posteriori membro maiorem esse, apparet.

16.

16 Εἰ δὲ ἡ ἀπαρχὴ ἁγία, καὶ τὸ φύραμα· καὶ εἰ ἡ

16. Nouam sectionem h. v. inchoandam censeo, quae tota in eo versatur, vt *a Iudaeorum etiam incredulorum contemtu Ethnico-Christianos dehortetur.* Rationes cohortationis deducit ex natalium externa quadam dignitate, quae Iudaeis, vtpote Abrahami posteris, negari non possit. Sententia ipsa duplici *primitiarum*, vnde massa panis paratur, et *arboris*, vnde rami excrescunt, similitudine expressa; quarum *posteriori* inprimis diutius immoratur, per eamque, mutuam Iudaeorum et gentium inuicem rationem et conditionem diligentius exponit. δε *ceterum.* ει non *si* sed *quum* vertendum: και *etiam.* απαρχη et φυραμα quomodo inuicem respondeant, quaerunt interpretes. απαρχην *primitias* frugum *Deo offerri solitas* (Iudaeos tum iam conuersos), φυραμα vero *reliquum frumentum, quo post primitias oblatas vesci demum licebat* (reliquos Iudaeos adhuc conuertendos), interpretantur Grotius, Zachariae, Rosenmüllerus alii; quod dubito an de voce φυραμα ex vsu loquendi confirmari possit. Saltem λοιπον, παν vel similis vox addenda fuisset τω: φυραμα. Non video tamen, quid sit, seruata propria verborum significatione, in toto loco obscurum. Sunt απαρχη *primitiae frugum,* positae pro *frugibus* ipsis, (nempe, quia massa e frugibus deo offerenda, φυραμα ʽΑΓΙΟΝ, ʽΙΕΡΟΝ, — cum *hoc* enim, non cum *quouis* φυραματι comparantur h. l. homines Iudaei et Christiani, — tantum ex *primitiis* frugum subigi poterat et debebat cf. Leuit. 2, 14. 16. Num. 15, 20. 21. vbi ipsum etiam απαρχη φυραματος occurrit.) φυραμα vero *massa ipsa* s. *placenta ex primitiis frugum subacta;* vnde sententia loci haec est: *ex primitiis frugum non possunt panes vulgares,* κοινοι, *subigi; sed quae inde componitur massa est haec ipsa deo sacra, quia primitiae sunt deo sacrae. Similiter populus ex parentibus* αγιοις *stirpem ducens ipse est* αγιος. [Απαρχην non primitias *frugum*, sed *placentae* Deo oblatas esse locus Num. 15, 20. docet: ראשית ערסה *e primitiis placentae iudicatur totius massae puritas.* Απαρχη autem idem esse videtur, quod οι την απαρχην του πνευματος εχοντες VIII, 23., *Iudaei primum ad nouam religionem conuersi*, ἡ ῥιζα της εκκλησιας χριστου, e cuius stirpe postea succreuerunt rami de gentibus.] Adde, populum Iud etiam ab aliis scriptoribus Iud di

ἡ ῥίζα ἁγία, καὶ οἱ κλάδοι. εἰ δέ τινες τῶν κλά- 17
δων ἐξεκλάσθησαν, σὺ δὲ ἀγριέλαιος ὢν ἐνεκεν- 1
τρίσθης

dici απαρχην Philo de creat. princ. p. 727. B. Της ορφανιας αυτου (του Ιουδαιων εθνους και ερημιας ελεον και οικτον φησι Μωυσης αει λαμβανειν τον ἡγεμονα των ὁλων — διοτι του συμπαντος ανθρωπων γενους απενεμηθη οἱα τις ΑΠΑΡΧΗ τῳ ποιητῃ και πατρι. ριζα non *radix* tantum, ſed *truncus* vnde rami excreſcunt cf. Matth. 3, 10. 1 Macc. 1, 11. cf. hebr. גזע (quod mox ριζαν Eſ. 11, 1. mox στελεχος Iob. 14. 8. vertunt graeci interpretes) et שרש. ριζωμα Pſ. 52, 7. *Si ſtirps ſancta eſt, ſunt etiam rami ſancti.* Non ineſt vero in hoc altero membro noua quaedam ſententia (quod placuit Roſenmüllero, qui *gentem Iudaicam* ipſam vult intelligi. *Si vniuerſa gens recte poteſt vocari populus dei, etiam ſingula eius membra nunc poſſunt per fidem in Chriſtum conſecrari deo*) ſed eadem, quae praeceſſerat, tantum alia ſimilitudine, eaque in ſcriptoribus hebraicis admodum frequenti (cf. Eſ. 11, 1. 10. Sir. 47, 22.) expreſſa: *cum ſtirps Iudaeorum* (Abrahamus caeterique προπατορες) *fuerit Deo ſacra, ſacri etiam ſunt Iudaei ipſi ex hac ſtirpe oriundi.* Adde de hac ριζης ſignificatione locum Menandri Fragm. p. 278. v. 710.

Ὁ μη τρεφαν τεκουσαν εκ
τεχνης νεος
Ακαρπος εστιν ουτος απο
ῥιζης κλαδος.

Semlerus denique ριζαν, vt ſupra απαρχην, *primis e Iudaeis Chriſtianos*, κλαδους vero *nouos e gentibus ramos*, qui per radicem incrementa capiunt, intelligi mauult. Sed obſtat verſus ſeq. quo κλαδους vt ριζαν ad IUDAEOS referenda eſſe ex ΤΙΝΕΣ των κλαδων εξεκλασθησαν luculenter apparet. Quicquid vero ſit, tropica verborum ριζης et κλαδων vis occaſionem dedit Apoſtolo, vt reprobationem populi Iudaici et receptionem gentium caeterarum, eidem ſtirpis ramorumque ſimilitudini inhaerens, copioſius deſcribat et tanquam depingat.

17. 18. ει δε — μη κατ. pro: ὁτι δε — μη δια τουτο κατ. συ δε — Comparantur Ethnici *ſurculis feris miti arbori inſitis*: omnis igitur ſimilitudo ducta eſt ab *inſitione*, non quidem vſitata illa, (cum non oleaſter oleae, ſed olea oleaſtro inſeri ſoleat) attamen ea, quae fieri et cogitari quodammodo poſſit. Neque enim ex conſilio Apoſtoli ad *fructus*, ex eiusmodi inſitione ſperandos: ſed ad *ſolam inſerendi rationem, ſurculique*

τρίσθης ἐν αὐτοῖς, καὶ συγκοινωνὸς τῆς ῥίζης καὶ
18 τῆς πιότητος τῆς ἐλαίας ἐγένου, μὴ κατα-
καυχῶ

culique insiti nutritionem fimilitudo omnis vnice eft referenda. αγριελαιος l. *ipsa olea agrestis* l. fubintellecto κλαδος *oleae agrestis furculus.* αγριελαιος (Moeris κοτινος Αττικος, αγριελαιος Ελληνικως) pro ακαρπος, vt Hefychius interpretatur. Occurrit idem apud Theophraft. Hiftor. plant. 2, 3. Diofcor. 1, 126. 138. In prouerbium deinde abiit ουδεν ακαρποτερον αγριελαιου. Suidas et Zenobius in Prouerb. Centur. 1. n. 60. ακαρποτεροι αγριππου, επι των πανυ πενομενων ειρηται. Diogenianus Prouerb. Cent. 2. n. 63. ακαρποτερον αγριππου. Λακωνες γαρ αγριαν ελαιον αγριππον καλουσι. Φυτον γαρ εστι ακαρπον. Neque igitur aliae caufae quaerendae funt, cur *oleastri* potiffimum fimilitudine vfus fuerit Ap. nifi ipfa *sterilitas*, ficut *fertilitas* fola, in voce *oliuae.* εγκεντριζεσθαι furculus dicitur, cum *resectus ex arbore, cui innatus erat, in fissam stirpem ramumue arboris alius demittitur.* εν αυτοις l. pro αυτοις *insitus iis* h. *trunca eorum* l. *inter eos, iis consitus* (*nonnullos* enim *oleae naturalis ramos* remanfiffe, indicatur formula: ΤΙΝΕΣ των κλαδων) vel denique *loco eorum* αντ' αυτων עליהם, quod praefero. συγκοινωνος (συν τοις κλαδοις αρχαιοις, *Iudaeis*) ριζης *iunctus trunco* συγκ. πιοτητος *participans de fertilitate oliuae;* cui proprium eft, vt a radice fuccus ad ramos diffundatur Iud. 6, 9. h. fi a tropo receffferis: *vos gentes in societatem venistis promissae olim Iudaeis tantum felicitatis* cf. Eph. 3, 6. πιοτης. *Pinguedinem* oliuae potiffimum tribuunt Virgil. Ecl. 5, 68. *pinguis oliua.* Hor. Epod. 2. 55. *lecta de pinguissimis oliua ramis arborum.* [Imago ducta a furculo oleaftri in laetam oleam demiffo ad promouendam fcilicet arboris foecunditatem. *Columelia* de r. r. V, 9. *solent terebrari oleae laetae, in foramen talea viridis oleastri demittitur, et sic velut inita arbor foecundo semine fertilior exstat. Pallad.* de infit. XIV, 53. *Foecundat sterilis pinguis oleaster oliuas, et quae non nouit munera ferre docet.* Vtrumque locum menti apoftoli illuftrandae inprimis aptum debemus doctrinae cel. *Bredenkamp* in S. V. *Pauli* Memorabilien II, 150].

18. κατακαυχασθαι τινος *ita gloriari tua felicitate, vt, qui eadem non vtitur fortuna, hunc*

καυχῶ τῶν κλάδων· εἰ δὲ κατακαυχᾶσαι, οὐ σὺ
τὴν ῥίζαν βαστάζεις, ἀλλ' ἡ ῥίζα σέ. Ἐρεῖς 19
οὖν, "ἐξεκλάσθησαν = οἱ: κλάδοι, ἵνα ἐγὼ ἐγκεν-
τρισθῶ." καλῶς· τῇ ἀπιστίᾳ ἐξεκλάσθησαν, 20
σὺ δὲ τῇ πίστει ἕστηκας· μὴ ὑψηλοφρόνει, ἀλλὰ
φοβοῦ. εἰ γὰρ ὁ Θεὸς τῶν κατὰ φύσιν κλάδων 21
οὐκ

VARIAE LECTIONES.

19. οἱ deeſt in codd. *A. C. F. G.* 3. 7. 37. 45. 46. 47. 54. Ed. *Complut. Eraſm. Colin. Haultin. Steph.* 1. 2. *Chryſ. Damaſc.* prob. *Griesb.*

nunc contemnas Ier. 50, 11. 38. Zach. 10, 12. Pſ. 52, 1. Iac. 2, 13. 3, 14. των κλαδων ſc. εκκλασθεντων. ει δε — ου συ ſaett. pro ει δε — γνωθι, ότι ου συ — *ſcito non debere tibi Iudaeum quicquam, te vero omnia Iudaeis. Nicht du trägſt und nährſt den Stamm, ſondern der Stamm trägt dich.* Nempe a Iudaeis translata eſt ſalutis ſpes ad gentes, non viciſſim ab his ad illos Io. 4, 22.

19. *Quod vero tu propterea inſultare velis Iudaeis, quia Deus ipſe reprobauerit eos, te vero receperit; cogita, quaeſo, idem tibimet ipſi accidere multo facilius poſſe, quod nunc accidit Iudaeis; venerandam igitur quidem eſſe nunc eius erga te benignitatem, metuendam vero etiam eiusdem dei iram.* καλως formula approbantis vt ευ, ευγε, καλως, γε Marc. 12, 32. Luc. 20, 39. Io. 4, 17. h. l. *concedentis aliquid, vt caetera corrigat.*

20. τῃ απιστιᾳ pro της απιστιας ἕνεκα. ἕστηκας np. εν τῃ ελαιᾳ *ſtas, flores in trunco, cui inſitus es* h. *fauore et benignitate diuina frueris* cf. 1 Cor. 10, 12. τῃ πιστει h. διοτι πιστευεις. cf. ad 10, 9. 10. ὑψηλοφρονειν i. q. κατακαυχασθαι, φρονειν μεγα, ὑπερφρονειν cf. 12, 16. 1 Tim. 6, 17. φοβου [μη και συ εκκλασθῃς] *caue ne eadem tibi accidant* cf. ſententiam ſimilem apud Senecam in Troad. 259. *Moderata durant, quoque fortuna altius erexit ac leuauit humanas opes, hoc ſe magis deprimere felicem decet, variosque caſus tremere metuentem Deos — Troia nos tumidos facit nimium ac feroces? Stamus hoc Danai loco, vnde illa cecidit.*

21. οἱ κατα φυσιν κλ. *naturales rami oliuae.* ουκ εφεισατο

22 οὐκ ἐφείσατο, μή πως οὐδὲ σοῦ φείσεται. Ἴδ
οὖν χρηστότητα καὶ ἀποτομίαν Θεοῦ· ἐπὶ μὲ
τοὺς πεσόντας, ἀποτομίαν· ἐπὶ δὲ σὲ, χρηστό
23 τητι· ἐπεὶ καὶ σὺ ἐκκοπήσῃ· καὶ ἐκεῖνοι δὲ, ἐὰ
μὴ ἐπιμείνωσι τῇ ἀπιστίᾳ, ἐγκεντρισθήσοντα
δυνατὸς γάρ ἐστιν ὁ Θεὸς πάλιν ἐγκεντρίσαι αὐ
τούς

σατο pro εξεκλασε. μηπως subaud. Φοβουμαι. Φεισεται Indicatiuus pro Coniunctiuo Φεισηται quem, fecundum grammaticorum leges, μη requireret. Neque tamen quicquam mutandum cf. Eb. 3, 12. et exempla fimilia ex aliis fcriptoribus collecta apud *Blackwallum* in *claff. facris* p. 432. ed. Woll.

22. αποτομια *feueritas in puniendo* ab αποτεμνειν αποκοπτειν velut, *membra corporis infecta et infanabilia.* [Syr. ܩܫܝܘܬܐ *durities:* vulg. *feueritas.*] Hinc αποτομος οργη Sap. 5, 20. 6, 5. 11, 10. et αποτομως feuere 2 Cor. 13, 10. Tit. 1, 13. Diodor. Sic. V, 62. Φοβηθεισας το αποτομον του πατρος Plut. de lib. educ. III, 4. 3. δει δε τους πατερας την των επιτιμηματων αποτομιαν τη πραοτητι μιγνυναι Hefych. σκληρως, απαιτητως Svid. αποτομια, τραχυτης, εναντιωσις. cf. etiam hebr. חרוץ (a חרץ συντεμνειν) quod vertitur σκληροτης Ef. 28. 27. Hi[n] noftro loco aptiffimum voca[bulum] bulum vel propterea era[t] quod metaphora de *ramis* [e] *ftirpe fua excifis* paullo ant[e] vfus fuerat Ap. επιμενει[ν] τῃ χρηστοτητι *perpetuo fe di[gnum] gnum reddere benignitate di[vina] vina* vel, fi χρηστοτης hoc al[tero] tero membro *pietas, probita[s]* vertatur: *virum bonum con[ftanter] ftanter manere.* Επει *alioqui[n]* 3, 6. εκκοπτεσθαι et εκκλασθα[ι] mere fynonyma cf. Matth. 3, 10. Luc. 13, 9.

23. Verfus arcte iungen[di] dus fententiae extremae ver[fus] fus 22. *Ethnici poffunt denu[o] priuari beneficio nunc oblato Iudaei contra eodem denu[o] ornari.* ενκεντρισθησονται no[n] *inferentur*, fed *inferi poterunt können leicht eingepfropft werden.* Quid vere futurum fit verfu demum 25. exponitur δυνατος — Senfum bene ex pofuit Grotius; *nihil eft prae ter incredulitatem ipforum quod deum impediat, eos rurfum pro fuis affumere et pa terne tractare.* Formula, δυ νατο[ς]

ούς. εἰ γὰρ σὺ ἐκ τῆς κατὰ φύσιν ἐξεκόπης 24
γριελαίου, καὶ παρὰ φύσιν ἐνεκεντρίσθης εἰς
αλλίελαιον· πόσῳ μᾶλλον οὗτοι οἱ κατὰ φύσιν,
γκεντρισθήσονται τῇ ἰδίᾳ ἐλαίᾳ; Οὐ γὰρ θέλω 25
μᾶς ἀγνοεῖν, ἀδελφοί, τὸ μυστήριον τοῦτο, ἵνα
ὴ ἦτε παρ᾽ ἑαυτοῖς φρόνιμοι· ὅτι πώρωσις ἀπὸ
έρους τῷ Ἰσραὴλ γέγονεν, ἄχρις οὗ τὸ πλήρωμα
τῶν

τος εστι pro δυναται, fre-
iens Apoftolo 4. 21. 14, 4.
Cor. 9, 8. 2 Tim. 1, 12.
ebr. 11, 19.

24. Gentes adductum iri
l felicitatem regni Meffiae,
ulto id quidem erat in-
edibilius et improbabilius
iam Iudaeos ad hanc ipfis
oprie deftinatam felicita-
m rurfus reduci. η. κ. Φ.
γριελαιος *naturalis oleafter*
γριελ. Φυσικη]: συ ΕΚ της
ρ. *Gentes vniuerfae com-*
rantur *oleaftro*, *finguli eth-*
ci κλαδοις της αγριελαιου.
ρα Φυσιν], 26. *contra na-*
rae ordinem [τεχνη, tere-
atione et artificali demif-
one in ftirpem oleae]. Voca-
lum καλλιελαιον finxiffe vi-
tur Apoftolus ipfe, vt re-
onderet τῳ αγριελαιῳ. Eft
κια κατακαρπος. Sic grae-
s interpres: Pf. 52. 10 ver-
רענן זית. ποσῳ μαλλον
anto facilius 5, 9. 10, 15.
icilior artis effectus vbi na-
ra adiuuat Grot. τῃ ιδιᾳ
ελ. fc. εξ ης εξεκλασθησαν.
ενκεντρισθησονται vt fupra pro
δυνησονται ενκεντρισθηναι.

25. Addit nunc, ex aucto-
ritate Dei, per quem ea edo-
ctus fuerat, *vere* euenturum
effe id quod euenire *poffe*, et
probabiliter euenturum *videri*
dixerat. γαρ particula trans-
eundi. ου θελω ὑμας αγνοειν.
Formula, qua rem *nouam gra-*
vem et *inauditam* fe declarare
velle fubindicat Ap. Idem ap-
paret inprimis ex voce μυστη-
ριου, qua *rem arcanam*, antea
incognitam, inprimisque fin-
gulari diuina reuelatione de-
mum cognofcendam fignificari
probatum vide ad Eph. 1, 9.
ἱνα — Φρονιμοι *ne putetis ve-*
ftram de Iudaeis fentiendi co-
gitandique rationem veram effe
deique confiliis confentaneam.
Hoc enim eft Φρονιμον ειναι
παρ᾽ ἑαυτῳ *prudentem fibi vi-*
deri (חכם בעיניו cf. Prov. 3, 7.
μη ισθι Φρονιμος παρα σεαυτῳ)
non *fuperbum effe*, etfi hoc
ab illo feiungi non poteft.
Eandem

26 τῶν ἐθνῶν εἰσέλθῃ. καὶ οὕτω πᾶς Ἰσραὴλ σω-
θήσεται· καθὼς γέγραπται, "ἥξει ἐκ Σιὼν
ῥυόμε-

Eandem formulam vide 12, 16. add. Ef. 5, 21. πωρωσις γεγονε τῳ Iσ. h. Iσραηλ επωρωθη De fenfu vocis πωρουσθαι vid. ad v. 7. απο μερους pro εκ μερους h. τισι των Iσραηλιτων. oppofitum τῳ ΠΑΣ v. 26. τῳ Iσραηλ. Effe *hoc* faltem loco non de *iis*, qui translate nonnunquam fic dicuntur (cf. 9, 6.) fed maxime proprie de *ipfis Iudaeis* cogitandum, non tantum totius loci confilium et contextus, qui de *Iudaeis incredulis* agit, verum etiam ipfa formula πωρωσις γεγονε et oppofitum πληρωμα των εθνων luculenter declarant. αχρις οὗ fc. χρονου. πληρωμα (πληθος) των εθνων h. παντα τα εθνη *der Heiden Menge*, permittente hoc vfu loquendi (vid. ad Eph. 1, 23.) et poftulante fententia ipfa, fi cum Prophetarum de eadem re vaticiniis conferatur: *Omnes* enim *gentes* (כל הגוים) *obfecuturas olim effe imperio Meffiae perpetua eft prophetarum oratio*. cf. Pf. 22, 28. Zach. 14, 9. 16. Apocal. 15, 4. εισελθῃ fc. εις την βασιλειαν θεου. i. q. προσληφθῃ vid. v. 15. *donec adductae fuerint gentes omnes ad obfequium Chrifto praeftandum* cf. Luc. 11, 52. Io. 10, 9. [πληρωμα מלוא Gen. 48, 19. pro ὁμας των εθνων oppofita τῳ ἡττηματι v. 12.]

26. Και οὑτω πας Iσραηλ σωθησεται. Si verba haec absque partium ftudio legantur nec inprimis loci Paullini cum hiftoria conciliandi cupiditati nimis indulgeatur, non video, quae alia verborum fententia effe poffit, nifi haec: *poftquam omnis gentium non Iudaicarum multitudo amplexa fuerit religionem Chrifti tum fore vt Iudaeorum etiam gens vniuerfa eandem falutarem doctrinam amplectatur*. Και οὑτω faepius poni pro και τοτε, και επειτα, nonnifi ab eo, qui vfus loquendi familiaris imperitiffimus eft, negari poteft. cf. Theophraft. Charact. c. 18. vbi hominem απιστον fic defcribit: αναστα γυμνος εκ των στωματων και ανυποδητος τον λυχνον αψα ταυτα παντα περιδραμων επισκεψασθαι ΚΑΙ ΟΥΤΩ μολις ὑπνου τυγχανειν. add. Act. 7, 8. 17, 33. 20, 11. 2. 14. 1 Cor. 11, 28. 14, 21. 2. 1 Theff. 4, 17. ΠΑΣ Iσραηλ vtique referendum ad εκ μερους Iσραηλ v. 25. vnde etiam Iσραηλ *vtroque* loco de *iisdem Iudaeis*, qui proprie Iσραηλ dicuntur, intelligendum effe efficitur. *die ganze Nation*

ῥυόμενος, καὶ ἀποστρέψει ἀσεβείας ἀπὸ Ἰακώβ· καὶ

ion der Ifraeliten, σωθήσεται q. εἰσελεύσεται εἰς τὴν βασιλ. οὐχ. non feruari POTERIT, ed feruabitur: in hanc fententiam folam conueniunt tum aticinia mox afferenda, tum . 31. ἵνα — ἐλεηθῶσι quod ulla ratione verti poteft vt benignitatem dei experiri OSSINT, fed vt eam expe-iantur. Confentit praeterea aec loci interpretatio cum raculis V. T. ipfis, inprimis f. 10, 21. 59, 20. Ier. 31, fqq. Hof. 3, 5. quae qui-em, fi vel maxime de euen-s aliis, quam Meffiae regno, itelligi et explicari poffe oncedatur (vid. Ven. Doe-erlein libellum: gibt die Bi-el uns Hoffnung zu einer all-emeinen Iudenbekehrung) ex onftanti faltem Iudaeorum pinione ad haec Meffiae tem-ora vnice referri folere, ne-ari non poteft. Tract. San-edrin fol. 98, 1. Iochanan ixit: Quando feculum vi-ebis, quo anguftiae multae uit inftar in Ifraelitas ir-ent, tunc exfpecta ipfum Meffiam) q. d. Ef. LIX, . 20. Sioni veniet Goel, har. Num. fol. 65. col. 258. empore futuro Deus o. m. iuriam Ifraelitis illatam a ntibus repetet, eosque laeti-Sionis exhilarabit, et tunc eniet illud Ef. 59, 30. et oni veniet Goel. cf. Schoett-gen. de Meffia p. 59 fqq. Ni-hilominus tamen interpretes non pauci maluerunt πᾶς Ἰσραὴλ accipere improprie de Chriftianis ex Iudaeis Ethni-cisque collectis, prouocantes ad Rom. 9, 6. Gal. 6, 16. Nec de fignificatione hac du-bitari poteft; ad hunc vero locum quominus transfera-tur, obftat praeter ea, quae iam diximus, tum follennis formula, qua omnem de hac re difputationem ingreditur Apoftolus: οὐ θέλω ὑμᾶς ἀγνο-εῖν ΤΟ ΜΥΣΤΗΡΙΟΝ τοῦτο (quale enim quaefo hoc tan-dem fuerit myfterium, omnes Chriftianos feruatum iri?) tum fententia haec: πώρω-σις — γέγονεν, quae, fi iftam rationem fequaris, nihil ha-bet quorfum referatur: de re futura enim et inaudita agere Apoftolum voluiffe, rurfus ex voce μυστήριον fa-tis apparet. Tandem alii in his Grotius et Wetfte-nius, Ἰσραὴλ quidem de Iu-daeis ipfis, fed ΠΑΣ Ἰσραὴλ, ex vulgari loquendi vfu, non de vniuerfa Iudaeorum gente fed magna quadam eorum turba interpretantes, rem hoc loco praedictam eueniffe putant tum ipfo excidii Hie-rofolymitani tempore, quo magna Iudaeorum vis Chrifti doctrinam amplectebatur, tum maxime poft vrbem templum-que

27 καὶ αὕτη αὐτοῖς ἡ παρ' ἐμοῦ διαθήκη, ὅταν ἀφέλω-

que dirutum: multo id quidem facilius ratione fuperiori (cf. de hac vocis παν fignificatione ad 1 Cor. 6, 18.) verum, cum, quicquid contra primam totius loci interpretationem a Theologis inprimis difputatam vidimus, ex *ingenio* magis, quod in confiliis diuinis diiudicandis plerumque falli vt quisque eft fapientiffimus, ita lubentiffime confitetur, quam ex *vfu loquendi*, *fyftematique* tum *Paulli ipfius* tum *reliquorum fcriptorum diuinorum*, *ratione et confenfu*, repetitum videatur; in hac prima ratione vtique nos etiam lubenter acqniefcere non diffitemur. Quo modo vero eiusmodi *totius gentis Ifraeliticae conuerfio* euentura aliquando fit, id quidem nobis nunc non minus obfcurum effe, quam olim Iudaeo - Chriftianis *conuerfio gentium fuit* Act. 11, 18. (quae ipfa etiam a Paullo μυστηριον dicitur 16, 25. Eph. 3, 4 - 6.), vtique confitemur atque adeo, cum Apoftolus ipfe rem ipfam reique modum diftinctius et accuratius explicandum non putauerit, a nobis etiam foli arbitrio diuino eum vnice relinquendum effe putamus. καθως γεγραπται Ef. 59, 20. Locus fere confentit cum verf. Graeca, nifi quod haec pro εκ Σιων, apte ad hebr. לציון ενεκα Σιων verterit, *ad feruandos Sionitas* h. e. *Iudaeos*: (forte eadem etiam Paulli lectio fuit, correcta a librariis, qui compendium fcriptionis $\overline{EK}$ non intelligebant). Ab hebraeo textu recedit membrum pofterius και αποστ. — — Ιακωβ: legiffe videtur interpres, cum eoque Chaldaeus, וישיב פשע מיעקב. Locum ipfum Prophetae de *redemtione per Meffiam futura* a Iudaeis intelligi et explicari folere diximus p. 250. ὁ ρυομενος גאל i. q. σωτηρ *Meffiae* nomen. εκ Σιων (complut. ed. απο Σιων) *e Sione* h. *ex gente Dauidica* cuius erat arx in monte Sione exftructa [Conf. ad cap. X. et XI. *excurf.* J.].

27. Pergit in eodem Iefaiae loco Ap.; neque tamen locum, quem in animo ipfe habebat, (Ef. 59, 21.) totum transfcripfit, fed initium tantum eius, cum reliqua nota lectoribus facileque ab ipfis fupplenda coniiceret. cf. de hoc V. T. loca citandi modo Exc. 1. Alias quidem, quis formulae ΑΥΤΗ διαθηκη fenfus effe poffit, non apparet. Nunc fententia haec: *atque haec funt, quae ii promitto beneficia, poftquam poenis diuinis eos liberi vero*: SPIRITVM MEVM II

DAB

ἀφέλωμαι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν —." Κατὰ μὲν 28
τὸ εὐαγγέλιον, ἐχθροὶ δι' ὑμᾶς· κατὰ δὲ τὴν ἐκλο-
γὴν,

DABO caett. vid. Hebr. 8, 10. 10, 16. 17. διαθηκη promiſſio cf. ad Gal. 3, 15. ὁταν αφελωμαι τας ἁμαρτ. αυτων aliunde (Eſ. 27, 9.) addita haec: αφειρεισθαι ἁμ. *condonare peccata* h. e. *miſeria quauis, qua perferenda poenas peccatorum luere ſibi videntur homines, liberare.* Loco Prophetae ſententia inprimis haec: *cum ex ſeruitute aliarum gentium et exſilii miſeria vos reduxero.*

28. μεν-δε pro ειπερ ουν και ὁμως. κατα το ευαγγελιον *quod ad Chriſti doctrinam attinet, quam pertinaciter illi adhuc reiiciunt, ethnicisque tradi inuident.* Poſt εχθροι et αγαπητοι ſupplendum eſſe θεου, non μου, quod Grotius maluit, ex v. 29. apparet: εχθροι *alieni vtique a fauore diuino videri debent* cf. 5, 10. δι ὑμας *idque vobis* (Ethnicis) *magno fuit commodo et vtilitati* vid. v. 11. κατα δε την εκλογην *quodſi vero meminerim, eos eſſe populum in maioribus ſuis a deo electum deoque inprimis carum, dubitari non poteſt, ſeruari hos etiam gratia diuina poſſe atque adeo ſeruatum a deo iri, ſi mores maiorum imitentur.* εκλογην etiam hic (vt 9, 11.) de *ipſo beneficio diuino, quo Iſraelitas ſuum ſibi peculiarem populum elegiſſe Deus dicitur,* intelligo. Poſſit vero etiam, deletis poſt ευαγγελιον et εκλογην commatibus, ſententia ſic conſtitui: *Euangelii quidem adhuc hoſtes ſunt, idque vobis magnae fuit vtilitati; manent tamen populus a deo electus et patrum maiorumque cauſa ei carus.* Tum εχθροι κατα το ευαγγ. accipiendum pro: εχθροι του ευαγγελιου cf. Philipp 3, 18. et κατα την εκλογην αγαπητοι pro εκλεκτοι δε και αγαπητοι μενουσι. Praetulit vero apoſtolus ſcribere κατα την εκλογην, quo aptius reſponderet membro priori κατα το ευαγγελ. εχθροι δια τους πατερας, *maiorum cauſa, quos amabat Deus, quorumque in ipſum pietatis praemia ad poſteros etiam tranſitura eſſe ſaepius promiſerat.* Eandem ſententiam pluribus locis profitetur Philo. de creat. princ. p. 727 B. το δ' αιτιον, αἱ των αρχηγετων του εθνους περιμαχητοι δικαιοσυναι και αρεται, αἱ καθαπερ φυτα αθανατα διαμενουσιν, αειθαλεα καρπον φυτευσαι τοις απογονοις σωτηριον και προς παντα ωφελιμον, καν αυτοι τυχωσι διαμαρτανοντας ιασιμα αλλα μη παντελως ανιατα. et de exſe-

29 γὴν, ἀγαπητοὶ διὰ τοὺς πατέρας· ἀμεταμέλητα
γὰρ τὰ χαρίσματα καὶ ἡ κλῆσις τοῦ Θεοῦ.
30 Ὥσπερ γὰρ = καὶ: ὑμεῖς ποτὲ ἠπειθήσατε τῷ
Θεῷ,

VARIAE LECTIONES.

30. και (non και ὑμεις ποτε vt exftat in Paraphrafi Semleriana) omittunt Codd. A. C. D. a. p. m. *E. F. G.* 3. 23. 39. 47. Verf. *Copt. clar. germ. Orig. Chryf. Theoph. Damafc. Ruff.* probb. *Semlero, Millio, Bengelio et Griesbachio.*

exfecrat. p. 937 B. Iudaei *duobus aduocatis vtuntur, dei bonitate et antiquorum patrum fanctitate:* δευτερῳ δε τῃ των αρχηγετων του εθνους ὁσιότητι, ὁτι ταις αφειμεναις σωματων ψυχαις απλαστον και γυμνην ενδεικνυμενοι προς τον αρχοντα θεραπειαν, τας ὑπερ υἱων και θυγατερων ἱκετειας ουκ ατελεις ειωθασι ποιεισθαι, γερας αυτοις παρεχοντος του πατρος το επηκοον εν ευχαις.

29. Ratio cur Ifraelitae etiamnum δια τους πατερας αγαπητοι effe non definant, repetitur ex *voluntatis diuinae conftantia, quae nihil decernat, cuius vnquam poenitere deum poffit.* χαρισματα *beneficia quaeuis diuina;* apte ad huius loci confilium additur κλησις h. e. εκλογη *fingulare illud beneficium, quo populus Ifraelit. conftituebatur effe populus Deo peculiaris.* vid. ad Gal. 1, 6. αμεταμελητον *poenitentia expers* voc. apud Graecos frequentiffimum. Plato de legg. IX. p. 931. ὁσοι αποκτεινωσι τινα βουληθεντες κτειναι και το πεπραγμενον αυτοις αμεταμελητον γιγνηται Porphyr. de vit. Pythag. p. 40. honefta voluptas και παραχρημα ἡδεια και εις το απιον ἀμεταμελητος. add. 2 Cor. 7, 10. Sententiam ipfam, quod *in deum non cadat poenitentia*, a fapientibus etiam Graecis Romanisque celebratam vide locis his: Plutarch. de fer. vind. num. p. 55. θεῳ δεος ουδεν, ουδε μετανοια πραγματος ουδενος. Seneca de benef. l. VI, c. 23. *Adiice nunc, quod non externa cogunt deos, fed fua illis in legem aeterna voluntas eft. Statuerunt quae non mutarent, itaque non poffunt videri facturi aliquid quamuis nolint; quia quicquid definere non poffunt, perfeuerare voluerunt, nec vnquam primi confilii Deos poenitet. Sine dubio ftare illis et defcifcere in contrarium non licet: fed non ideo, quia vis fua illos in propofito tenet, ex imbecillitate permanent: fed quia non licet ab optimis aberrare, et fic ire decretum eft.*

30. 31. Quod *vero adhuc* ἀπιστοι *funt, ex eo aeternum eos*

Θεῷ, νῦν δὲ ἠλεήθητε τῇ τούτων ἀπειθείᾳ· οὕ- 31
τω καὶ οὗτοι νῦν ἠπείθησαν, τῷ ὑμετέρῳ ἐλέει
ἵνα καὶ αὐτοὶ ἐλεηθῶσι. συνέκλεισε γὰρ ὁ Θεὸς 32
τοὺς πάντας εἰς ἀπείθειαν, ἵνα τοὺς πάντας
ἐλεήσῃ.

VARIAE LECTIONES.

32. Pro τους παντας legunt τα παντα Codd. D. E. παντα F. G. Verſ. *vulg. clar. germ.* Boerner. *Iren. Ambroſ. Hier. Ambroſiaſt. Ruff. Pelag. Sedul. Beda* prob. *Millio*, cui τους παντας explicatio του: τα παντα videtur. Poteſt vero etiam τα παντα ex Gal. 3, 22. in hunc locum translatum videri.

eos reprobatum iri non efficitur, quum haec argumentandi ratio, ipſo Chriſtianorum e gentibus olim quoque απιστων exemplo refutetur. ὑμεις *vos e gentibus Chriſtiani*. απειθειν θεῳ *relicto vero deo ſequi et colere idola*. ηλεηθητε pro εν ελεει (εκ χαριτος και ελεους) θεου εκληθητε. Conſilio vtitur voce ελεειν, vt nihil a *propria quadam hominis dignitate, omnia a gratia et benignitate diuina* pendere, hoc etiam loco declaret. τη τουτων απ. pro επι τη, δια την — *veranlaſst durch jener Unglauben*. ηπειθησαν pro απειθουσι. τω ὑμετερω ελεει ſi iungitur ſuperiori ηπειθησαν, poſitum pro εις το ελεηθηναι ὑμας *quae res in veſtram ſalutem ceſſit*. Melius tamen ſecundum eam, quam in textu cum Bengelio ſeruauimus, interpunctionem, referri videtur ad ἱνα και αυτοι — *vt beneficio, quod vobis contigit, excitentur etiam illi ad eandem felicitatem quaerendam obtinendamque*. Sic iam Chryſoſtomus: εσωθητε ωστε αυτους επισπασασθαι τω ζηλω μενοντας. ἱνα και — ἱνα vel eſt 'εκβατικον, vnde ſententia haec: *cuius incredulitatis tandem is erit exitus, vt et ipſi ſeruentur*; vel, ſi propria particulae ſignificatio ſeruatur, ad *vim* verbi ελεηθωσι paullo ante notatam eſt attendendum, vt ſit ἱνα ελεηθωσι pro ἱνα και αυτοι ουκ εξ εργων αλλ' εν χαριτι (εν ελεει) σωθωσι. *vt et ipſi non poſſint vllo merito ſuo gloriari, ſed omnem felicitatem ſuam ſoli gratiae diuinae tribuere vel inuiti cogantur.*

32. *Omnes enim homines permittit Deus fieri* απιστους, *vt ſi tandem ſingulos ad fidem ſalutemque reducat, omnem ſimul ſuo ipſorum merito gloriandi occaſionem ſingulis praecidat. So läſst er ſie alle dahinſinken im Unglauben, um*

33 ἐλεήσῃ. Ὦ βάθος πλούτου καὶ σοφίας καὶ γνώσεως Θεοῦ· ὡς ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματα αὐτοῦ, καὶ

Huld und Erbarmen zu beweisen an allen. γαρ mera particula transeundi. συγκλειειν εις τι i. q. παραδιδοναι τινι cf. ad Gal. 3, 22. Alii cum Vett. *Chryſoſt. Theodoreto, Theophylacto* συνεκλεισε pro ηλεγξε, απεδειξε, τεθεικε accipiunt: *demonſtrauit Deus per ſcripturam, omnes reos eſſe*, neque hoc inepte: vid. ad locum eundem.

33-36. Erumpit tandem Apoſtolus, poſtrema inprimis ratione ad *humanae indignitatis diuinaeque benignitatis* ſenſum vehementer excitatus, in has ipſas ſapientiae et bonitatis laudes, ea quidem orationis vi et efficacia, vt inter grauiſſima diſertiſſimaque totius antiquitatis *de Deo* loca hunc inprimis referendum eſſe non facile quisquam, quem non omni ſublimitatis et grauitatis ſenſu deſtitutum finxit natura, dubitare aut difiteri poſſit. ω βαθος πλουτου (ω πλουτὸς απειρος) κ. σοφ. κ. γν. θ. *O des unermeſslichen Reichthums von Gottes Weisheit und Gottes Kenntniſs* cf. Pſ. 139, 6. Eph. 3, 8. βαθος i. q. αβυσσος 1 Cor. 2, 10. 2 Cor. 8, 2. Apoc. 2, 24. βαθος πλουτου cf. Euripidis βαθυπλουτος ειρηνη ap. Polyb. L. XII. c. 14. p. 929. et Suid. ευδαιμονα και βαθυπλουτον ειναι Hebraei dicunt עמקא רחמנא. Grotius mavult πλουτου, σοφιας, γνωσεως iungi et πλουτον *benignitatem* verti, vt ſit elliptica forma pro πλουτου χαριτος 2, 4. Sed nullum eſſe hunc loquendi vſum, notatum vide ad 10, 12. [Facilior omnino eſſet explicatio per chiaſmum: ω βαθειαν γνωσιν και μεγαλην σοφιαν του θεου. Sed eundem ſenſum fundit hendiadys.]

33. Κριματα משפטים aut *decreta*, aut vniuerſe *imperium*, *prouidentiae regimen*, *ſeine Regierung*. cf. Pſ. 119, 91. (Pſ. 36, 7. nihil probat etſi multum probare videtur; משפטים ibi ſunt *iuſtitia*, *veracitas*) ὁδοι *ratio agendi* דרכיו vtrumque, κριμα et ὁδος nonnullis interpretibus ex Eſ. 40, 13. 14. huc repetitum videtur vid. ad v. 34. [ανεξερευνητα לא חקר Ieſ. 40, 28. *recondita* et *inexplorata*: ανεξιχνιαστοι vulg. *inueſtigabiles*. Fuere theologi, qui hoc loco abuterentur ad ſuffulciendam opinionem, conſilia numinis in gubernatione mundi recondita et in vniuerſum incognita eſſe. At enimuero repudiandam eſſe ignoratiam hancce, mode-

καὶ ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ· τίς γὰρ ἔγνω 34
νοῦν Κυρίου; ἢ τίς σύμβουλος αὐτοῦ ἐγένετο; 35
ἢ τίς προέδωκεν αὐτῷ, καὶ ἀνταποδοθήσεται αὐ-
τῷ;

modeſtiae ſpeciem mentientem, dubitatione caret; quorſum enim dirigendae eſſent quaeſo actiones humanae virtute et officio ducibus, niſi de prouidentiae diuinae conſiliis abunde et luculenter conſtaret? Locus apoſtoli itaque non de finibus mundi et της προνοιας του θεου in vniuerſum, ſed de conuerſione Iudaeorum ſenſim ſenſimque procuranda explicandus erit.]

34. 35. Sententia haec: *prouidentiam diuinam nec ingenio humano penetrari, nec conſiliis humanis adiuuari, nec propria quadam hominis dignitate inuito numine flecti poſſe.* Conuenire locum ſententiis verbisque cum Eſ. 40, 13. 14. negari non poteſt. (Verba Eſaiae ſecundum Verſ. Graec. haec; τις εγνω νουν κυριου; και τις αυτου συμβουλος εγενετο, ὁς συμβιβᾳ αυτον; η προς τινα συνεβουλευσατο και συνεβιβασεν αυτον; η τις εδειξεν αυτῳ κρισιν; η ὁδον συνεσεως τις εδειξεν αυτῳ;) po-uiſſe vero in easdem ſententias verbaque ſimilia mentem etiam Apoſtoli incidere, etſi loci Prophetae non diſtincte meminerat, nullus dubito. Cf. praeterea Sap. 9, 17. βουλην δε σου τις εγνω, ει μη συ εδωκας σοφιαν et Sir. 18, 2-5. ουδενι εξεποιησεν εξαγγειλαι τα εργα αυτου; και τις εξιχνιασει τα μεγαλεια αυτου; κρατος μεγαλωσυνης αυτου τις εξαριθμησεται, και τις προσθησει εκδιηγησασθαι τα ελεη αυτου; ουκ εστιν ελαττωσαι ουδε προσθειναι, και ουκ εστιν εξιχνιασαι τα θαυμασια του κυριου.

τις - νουν κυρ. *wer ergründete je den Geiſt des Herren?* νους mens h. *conſilia diuina.* Similis Solonis ſententia. Fragm. v. 149. παντη δ' αθανατων αφανης νοος ανθρωποισιν. η τις - εγενετο oder *wer half ihm je bey ſeiner Vorſehung?* η τις προεδωκεν — αυτῳ oder *wer darf Lohn fordern von ihm für eigenes Verdienſt?* Eadem ſententia legitur Iob. 41, 3. (in textu ſaltem hebraeo) מי הקדימני ואשלם. verba graeca eadem loco etiam Ieſaiae in verſionis graecae cod. Alexand. et edit. Aldina leguntur, ſed haud dubie ex Paulli loco illuc transſcripta.

36 τῷ; ὅτι ἐξ αὐτοῦ καὶ δι' αὐτοῦ καὶ εἰς αὐτὸν τὰ πάντα· αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.

XII. ΠΑΡΑΚΑΛΩ οὖν ὑμᾶς, ἀδελφοί, διὰ τῶν οἰκτιρ-

36. Diſcrimen inter formulas εξ αυτου, δι αυτου et εις αυτον non anxie quaero. Sunt cumulatae inuicem particulae, iunctae, quod in vehementiori animi affectu abrepti facere omnes ſolemus, vt ſententia ipſa, quam profiteri volumus, eo certius accuratiusque capiatur. Eſt vero haec vnice huiusmodi: *Ab ipſo omnia pendent. Von ihm, von ihm allein hängt alles ab.* Cf. loca ſimilia, M. Anton. IV, 23. ω Φυσις εκ σου παντα, εν σοι παντα, εις σε παντα. Appian. 'Αλιευς. I, 409. Ζευ μακαρ εις δε σε παντα, και εκ σεθεν ερριζωνται. αυτῳ ἡ δοξα *aeternum laudatus ſit ipſe.* Simile epiphonema vide 1, 25. 9, 5. [Malim tamen ita diſtinguere ſententias: εξ αυτου παντα, omnia, quae ſunt, ab eo exiſtendi originem ducunt: δι' αυτου παντα ſc. κινουνται και εισι Act. 17, 28. Hebr. 1, 3. cuncta ab eo perennitatem exiſtentiae habent: εις αυτου παντα, omnia ad eum redeunt l. ad ſimilitudinem eius tendunt. Vereor, vt breuius ſimulque rectius delineari queat omnis theologiae ſumma.]

Cap. XII. Nectitur haec, quae iam ſequitur, pars *paraenetica* Epiſtolae (qua novae ad Romanos aliquot diebus ſerius ſcriptae Epiſtolae initium conſtituendum eſſe, ſine omni idonea ratione Heumannus ſtatuit: vid. Carpzov. ſtricturas ad h. l.), ſuperiori *dogmaticae* hac inprimis ſententia: *immenſam eſſe in beandis hominibus omnibus Dei benignitatem.* δια των οικτιρμων θεου. *Cum igitur tanta ſit Dei erga vos benignitas, obteſtor vos, vt vitam etiam agatis, hoc ſummo Dei amore dignam.* Quae ad *vniuerſam virtutem Chriſtianam* cohortatio continetur vv. 1. 2. οι κτιρμοι רחמים Nehem. 1, 11 ſaepiusque in Pſalmis i. q ελεος, χαρις cf. 2 Cor. 1, 3 Philipp. 2, 1. Col. 3, 12 Hebr. 10, 28. παραστησαι (ſc ὑμας) ευαρεστον τῳ θεῳ pro παραστησαι τῳ θεῳ — ευαρεστον αυτῳ. παριστανοι proprium vocabulum de *ſacrificiis deo offerendis* tum apud Graecos (Lucian. καν μυριας ἑκατομβας παραστησῃ) tum Helleniſtas, hebr. העמיד Leuit. 16 20. ſaepius. τα σωματα ὑμων pro ὑμας αυτους 6, 13. (c

Iac

οἰκτιρμῶν τοῦ Θεοῦ, παραστῆσαι τὰ σώματα ὑμῶν θυσίαν ζῶσαν, ἁγίαν, εὐάρεστον τῷ Θεῷ, τὴν λογικὴν

Iac. 3, 6. ὁλον το σωμα pro ὁλον τον ανθρωπον) Maluit np. ſcribere Ap. σωματα, quia *victimis*, quae proprie in *corpora* cadunt, comparare Chriſtianos, inſtituerat; forte etiam, vt referretur locus ad *nefarium* CORPORIS *abuſum*, ſupra 1, 24. commemoratum. Similes aliorum ſcriptorum ſententias conf. has: Hierocles: οιδε τιμαν θεον ὁ προηγουμενως ἱερειον ἑαυτον προσαγων. Porphyr. de abſtin. l. 2. §. 45. *virum ſapientem* dicit ανδρα ἱερουμενον τη νοερᾳ θυσιᾳ και μετα λευκης εσθητος και καθαρας τῳ οντι της ψυχικης απαθειας και της κουφοτητος του σωματος προσιοντα τῳ θεῳ Philo de victim p. 838. E. *Deus delectatur non tam holocauſtis, quam* τῳ νῳ καθ' ὁλον αμεινονι ανδρος. Αυτος εστιν ἡ ευαρεστατη θυσια, και ὁλη δι' ὁλων ευαρεστος τῳ θεῳ. Idem *de Eſſenis*, lib. quod omn. prob. lib. p. 876. D. ου ζωα καταθυοντες αλλ' ἱεροπρεπεις τας ἑαυτων διανοιας κατασκευαζειν αξιουντες. De iisdem Io. ſeph. A. XVIII, 1. 5. θυσιας ουκ επιτελουσι — ειργομενοι του κοινου τεμενισματος ΕΦ' ΕΑΥΤΩΝ τας θυσιας επιτελουσι. Synopſis Sohar p. 94. n. 49. *Qui iuſtus eſt, ſacrificium eſt Dei ſancti et benedicti.* Midraſch Ruth in Sohar Chadaſch fol. 62, 3. אין קרוב לפני המקום כלבו של אדם ניחא קמיה יותר מכל קרבנים ועלוין. *Nullum iucundius ſacrificium Deo eſt, quam cor humanum idque ipſi vltra omnia ſacrificia imo longe amplius placet.* παραστησατε — θυσιαν *vitam veſtram omnem ſacram putate deo h. toto animo omnibusque viribus veſtris obſequimini eius voluntati.* cf. 1 Cor. 6, 20. Vſus vero ſemel ſimilitudine θυσιας, iungit Apoſtolus huic ipſi θυσιᾳ Epitheta partim *ea*, quae *cuiuis ſacrificio communia* erant, velut ἁγιαν, ευαρεστον τῳ θεῳ, partim *id*, quo vulgaribus ſacrificiis opponitur θυσια, improprie ſic dicta, *vita, ſenſu, moribus conſtans*: ΖΩΣΑ θυσια, oppoſita victimis, quae *trucidatae* demum in ara offerebantur numini. Alii interpretes conferunt etiam Leuit. 16, 10. 20. θυσια עולה *victima ipſa*. Exod. 10, 25. ſaepius. ἁγια θυσ. תמים αμωμος *vitio carens*. ευαρεστος Philipp. 4, 18. Hebr. ריח ניחוח οσμη ευωδιας τῳ θεῳ Leuit. 1, 9. 13. 17, τῳ θεῳ ſiue ex communi ratione ad ευαρεστον, ſiue, quod ipſe praefero, cum Bengelio ad παραστησαι referatur, ſenſus vtrinque idem. την λογικην — ὑμων. vulgo ſic reſoluuntur ἡτις εστι ἡ λογικη λατρεια ὑμων

in

2 λογικὴν λατρείαν ὑμῶν· καὶ μὴ συσχηματίζεσθε τῷ αἰῶνι τούτῳ, ἀλλὰ μεταμορφοῦσθε τῇ ἀνακαινώσει τοῦ νοὸς ὑμῶν, εἰς τὸ δοκιμάζειν ὑμᾶς, τί τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ, τὸ ἀγαθὸν, καὶ εὐάρεστον,

VARIAE LECTIONES.

2. συσχηματιζεσθαι et μεταμορφουσθαι legunt Codd. A. D. E. F. G. 1. 3. 10. 17. 23. 33. 37. 52. 55. 68. ex em. 69. 70. prob. *Griesbachio.*

in quo consistit cultus mente humana dignus; vt λατρεια sit hebr. עבודה (cf. 9, 4.) *cultus ipse qui sacrificiis deo offerendis praestatur.* Sed constructio παραστησαι την λατρειαν admodum dura videtur, inprimis cum praecesserit θυσια. Quid igitur, si λατρεια sit *sacrificium ipsum* (cf. Io. 16, 2.) et λατρ. λογικη (oppositum θυσια ζωων αλογων) *sacrificium mente animoque offerendum*, νοητη, πνευματικη (cf. 1 Petr. 2, 5. inprimisque Porphyrii (loc. cit.) ΟΥΣΙΑ ΝΟΕΡΑ,) Vocem λογικος de *mente* inprimis, *eiusque viribus* frequentari, certum: cf. γαλα λογικον: 1 Petr. 2, 2. et Stoicorum loca, quibus παθη αλογα et λογικη δυναμις inuicem opponuntur: Simplicius in Epictetum: ὁ δε ουτως ανθρωπος ειναι βουλομενος και την ευγενειαν την ἑαυτου προθυμουμενος ανακτησασθαι, ἡν ὁ θεος παρα τα ΑΛΟΓΑ ζωα τοις ανθρωποις εχαρισατο, οὗτος σπουδαζει την ἑαυτου ΛΟΓΙΚΗΝ ψυχην, ὥσπερ εχει φυσεως οὑτω ζην αρχουσαν του σωματος. την λογικην — ὑμων pro: ὑμας αυτους ὡς λογικην λατρειαν, h. τον νουν ὑμων, ὥσπερ λατρειαν. *vosmet ipsos, vestram ipsorum mentem, ceu sacrificium, euch selbst, als ein geistiges* (zum geistigen) *Opfer.* Caeterum, quod hac potissimum *victimarum* similitudine ad *castae virtutis studium* commendandum vtebatur Apostolus, ratio eius rei posita est in hoc: quod eo tempore Christiani omnis, tam e Iudaeis, tum e gentibus, *sacrificiis* adsueti erant, hisque deo offerendis vnam grauissimam cultus diuini partem comprehendi omnes arbitrabantur. [Voc. λατρεια pro θυσια, poni, mihi non constat: et propter ταυτολογιαν loco nostro etiam haud conuenit significatus iste. Malim itaque hac ratione resoluere προσθεσιν nostram, κατα λογον οὑτως λατρεοντες τῳ θεῳ Ioh. 4, 23 sq.]

2. *Nec conformate vos ad hominum sensus moresque vulgares, sed alios melioresque in*

εὐάρεστον, καὶ τέλειον. Λέγω γὰρ, διὰ τῆς χά- 3
ριτος τῆς δοθείσης μοι, παντὶ τῷ ὄντι ἐν ὑμῖν, μὴ
ὑπερφρονεῖν παρ' ὃ δεῖ φρονεῖν, ἀλλὰ φρονεῖν εἰς
τὸ

in vobis excitate et alite; quidque pie, recte, honeste, optime fieri possit, diligenter explorate. cf. Eph. 4, 17. συσχηματίζεσθαι *ad formam alterius se componere* h. *imitari* alterum (siue id serio fiat siue simulate) 1 Petr. 1, 14. Plut. Numa 73 E. οἱ πολλοι την αρετην του αρχοντος ορωντες ἑκουσιως σωφρονουσι, και συσχηματιζονται προς αυτον. Livius XIV. *ipsi se homines in regis velut vnici exempli mores formant.* τω αιωνι τουτω pro τοις του αιωνος τ. εθεσι l. ανθρωποις. αιων i. q. κοσμος 1 Io. 2, 16. vid. ad Gal. Exc. 1, μεταμορφουσθε τη ανακαινωσει του νοος pro μεταμ. και ανακαινουσθε κατα τον νουν ὑμων. cf. καινον ανθρωπ. ενδυσασθε Eph. 4, 24. εις το δοκιμαζειν — — *qui melior animi vestri sensus eo se declarabit, vt nihil agatis, quod an recte et honeste fieri possit, non antea exploraueritis* cf. Eph. 5, 10. τι το θελημα - τελειον. Vulgo epitheta αγαθον, ευαρεστον, τελειον iunguntur τω: θελημα θεου, paullo durius, maxime propter ευαρεστον. Hinc, mutata interpunctione, singula το θελ. θεου, το αγαθον, ευαρεστον, τελειον, pro synonymis accipio et ad τι refero, sententia hac: *quid deo probetur, quid rectum, honestum* rell. το ευαρεστον l. repetendum θεω cf. 12, 1. 2 Cor. 5, 9. Eph. 5, 10. Col. 3, 20. Phil. 4, 18. Hebr. 13, 21. Sap. 9, 10. vel per se interpretandum siue *honestum*, siue *obsequiosum*, *gefällig*. Tit. 2, 9. τελειον, αμωμον *labe carens*, i. q. αγαθον Iac. 1, 4. 17. 3, 2.

3. Sequitur vberior quaedam *singularum virtutum Christianarum* recensio, inprimis *earum*, quibus vel plane nullam vel iusto remissiorem operam nauare Romanos cognouerat Ap. In his vberrime tractat locum de *modestia*, quae ab iis inprimis, qui vel sapientiae, vel in ecclesia dignitatis munerisque, vel alius cuiusdam χαρισματος πνευματικου beneficio prae aliis excellebant, negligi videbatur. λεγω, i. q. επιτασσω Matth. 23, 3. γαρ *igitur, exempli causa*. δια της χαριτος - μοι l. *vi muneris gratiose mihi a deo demandati* (in hanc sententiam conferunt 1, 5. 15, 15. non tamen satis accurate) l. *edoctus et ipse per spiritum eundem divinum mihi etiam concessum,* vt

4 τὸ σωφρονεῖν, ἑκάστῳ ὡς ὁ Θεὸς ἐμέρισε μέτρον πίστεως:. Καθάπερ γὰρ ἐν ἑνὶ σώματι μέλη πολλὰ ἔχομεν, τὰ δὲ μέλη πάντα οὐ τὴν αὐτὴν ἔχει

VARIAE LECTIONES.

3. Pro πιστως lege χαριτος codd. 6. et 67. ex emend. Eſt haud dubie gloſſa; vid. not.

vt χαρις ad *ſapientiae* inprimis, (σοφιας,! γνωσεως) χαρισμα referatur, quod ipſe praefero propter v. 6. conf. 1 Cor. 1, 4 3, 10. Gal. 2, 9. παντι τῳ οντι εν ὑμιν vulgo pro ἑκαστῳ ὑμων accipitur; ferente id vſu loquendi, inprimis Paullino cf. 1, 7. 7, 23. 16, 11. 1 Cor. 1, 2. 2 Cor. 1, 1. Eph. 1, 1. Phil. 1, 1. 1 Th. 2, 14. Neſcio tamen, annon aptius ad totius loci conſilium accipiatur pro τῳ οντι τι, τῳ δοκουντι ειναι τι (jedem der ſich dünket etwas zu ſeyn unter euch) coll. 1 Cor. 1, 28. vbi τα μη οντα et τα οντα pro μηδεν οντα et τα τι οντα haud dubie occurrunt. μη ὑπερφρονειν παρ' ὁ δει φρ. *non vltra ius fasque ſuis animi fortunaeque dotibus ſuperbire.* παρ' ὁ δει φρ. pro παρα το καθηκον. ὑπερφρονειν, i. q. ὑπερηφανως φρονειν 2 Maccab. 9, 12. φρονειν εις το σωφρ. pro σωφρονως φρονειν *modeſte de ſe ſentire.* σωφρονειν oppoſitum του αλαζονειν. Sotades apud Stobaeum:

αν αλαζωνης, τουτ' ανοιας εστι φρυαγμα
αν δε σωφρονῃς, τουτο θεων δωρον ὑπαρχει.

Paronomaſiam in ὑπερφρ. φρον. et σωφρον. notarunt omnes cf. Charondae ap. Stobaeum ſ. 42. illud: προσποιεισθω δ' εκαστος των πολιτων σωφρονειν μαλλον η φρονειν. ἑκαστῳ ὡς (pro ὡς ἑκαστῳ cf. 2, 27.) — μετρον πιστεως pro *modo et ratione fidei, quam quisque a deo accepit.* πιστις h. l. non *fides*, quae proprie dicitur, ſed ſenſu latiori *habitus quisque Chriſtiani hominis diuino ſpiritu excitatus* (χαρις, δωρεα) intelligendus, ſiue is *rerum diuinarum ſcientia*, ſiue *in deo Chriſtoque fiducia*, ſiue *in profitenda Chriſti doctrina* παρρησια, ſiue in *tradenda ea peritia*, ſiue denique *in aliis eccleſiae muneribus adminiſtrandis fide* continebatur; *nach dem Maß ſeiner höheren chriſtlichen Einſichten, Vorzüge und Kräfte* i. q. Eph. 4, 7. κατα το μετρον της δωρεας του χριστου.

4. 5. *Magna virium et facultatum varietate iunctoque omnium vſu opus eſſe, ut bene ſit*

ἔχει πρᾶξιν· οὕτως οἱ πολλοὶ ἓν σῶμά ἐσμεν ἐν 6
Χριστῷ, ὁ δὲ καθ' εἷς ἀλλήλων μέλη, ἔχοντες
δὲ

fit ecclefiae Chriftianae, corporis humani fimilitudine confirmatur et illuftratur cf. 1 Cor. 12, 12-27. Eph. 4, 25. 5, 30. aliorumque fcriptorum loca fimilia haec: Menenii notiffima oratio ap. Liuium II, 32. Seneca de ira II, 31. *Quid fi nocere velint manus pedibus? manibus oculi? vt omnia inter fe membra confentiunt, quia fingula feruari totius intereft: ita homines fingulis parcent, quia ad coetum geniti fumus.* Marc. Anton. VII. §. 13. οἷον εστιν εν τοις ἡνωμενοις τα μελη του σωματος, τουτον εχει τον λογον εν διεστωσι τα λογικα, προς μιαν τινα συνεργιαν κατεσκευασμενα. et e Iudaeis fcriptoribus: Synopfis Sohar p. 13. n. 64. *Sicut homo in varia diuiditur membra atque articulos, certis gradibus fibi inuicem innexos et fupra inuicem eleuatos; e quibus omnibus tamen exfurgit vnum corpus: fic quoque omnia creata, quae in mundis funt, membra funt fupra fefe inuicem difpofita, et quando omnia debito ordine confiderantur, vnum funt corpus. Ad inftar legis, quae in varios etiam articulos diftributa et vnum tamen corpus eft.* [πραξις ܣܘܥܪܢܐ Syr. *actus* Vulg. rectius *minifterium*, officium].

5. οἱ πολλοι pro παντες. *wir alle fo viel unfer find.* cf. 5, 15. 1 Cor. 10, 33. Ipfam formulam ἓν σωμα οἱ πολλοι εσμεν repetitam vide 1 Cor. 10, 16. ἓν σωμα. ΕΝ χριστῳ *Ein Körper an Chriftus* (non *in Chrifto*) h. *corpus, Chrifto, capiti fuo, iunctum* σωμα οὗ ἡ κεφαλη χριστος. cf. Eph. 4, 15. 16. ὁ δε καθ' εἱς 3 Macc. 5, 34. i. q. εἱς καθ' εἱς Io. 8, 9. Marc. 14, 19. Male a nonnullis fcribitur καθ' εἱς (pro και ειτα εἱς) quo non opus eft: vid. Graeuium ad Lucian. Vol. II. p. 756. Similis Soloecifmus occurrit in ανα εἱς Apoc. 21, 21. Eft tamen forma Helleniftis propria, Graece dicitur καθ' ἑνα παντες l. οἱ καθ' ἑνα 1 Cor. 14, 31. Eph. 5, 33.

6 fqq. Locum hunc inprimis interpunctione iuuandum putauimus. *Duo* Chriftianorum, qui χαρισμασι fruebantur. *genera* facit Ap. προφητας alios, alios διακονους. Quemlibet fuo χαρισματι contentum effe iubet his: ειτε προφητειαν — διακονια. Vtriusque vero generis cum varia effent officia; προφητων, vt *docerent, cohortarentur, confolaren-*

δὲ χαρίσματα κατὰ τὴν χάριν τὴν δοθεῖσαν ἡμῖν διάφορα· εἴτε προφητείαν, κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς

solarentur rell. διακονων vero, vt *rebus ecclesiae praeessent, pecunias in ecclesia collectas distribuerent, aegrotos viserent caett.* horum singularium officiorum munerumque recensus additur inde a verbis ειτα ὁ διδασκων — vsque ad εν ἱλαροτητι, in quibus singuli suo quisque genere partim acquiescere, partim honeste et religiose versari iubentur. εχοντες quo referendum sit, dubitari potest. Vulgo *sequentibus* iungitur, subaudito post προφητειαν vel εχωμεν, l. alio simili verbo, sensu hoc: *teneamus, vtamur suo quisque, quo a deo ornatus est,* χαρισματι. Grotius repetit e *superioribus* haec: μη ὑπερφρονειν παρ' ὁ δει φρ. αλλα φρ. εις το σωφρ. quae tamen ad omnia quae sequuntur, inprimis: εν ἁπλοτητι, εν σπουδῃ, εν ἱλαροτητι vix commode transferri poterunt. Hinc ipse, quod interpunctione etiam indicaui, cum Erasmo totum illud; εχοντες διαφορα ad *proxime superiora* ὁ δε καθ' εἱς — μελη referenda puto: vt sit εχοντες δε pro καιπερ εχοντες (sensu hoc: *nos omnes atque singuli mutuis commodis nostris inseruire debemus, quantacunque demum facultatum virium munerumque varietate inuicem differamus.*) versuque 7 et seqq. post προφητειαν, διακονιαν, διδασκων rell. semper animo repetantur haec: αλληλων μελη εσμεν. προφητεια *Gabe des hohen Geistesvortrags* cf. ad Eph. Exc. 3. κατα την αναλογιαν της πιστεως. πιστις vid. ad v. 3. αναλογια ex perpetuo loquendi vsu *proportio, ratio.* Philo de carit. T. II. p. 391, 15. κατ' αναλογιαν της κτησεως pro *ratione eius, quod quis possidet.* Demosth. de Corona τιμησιν, αναλογισμον, αναλογιαν vt synonyma iungit. Plato in Politic. των ανδρων ἑκαστον θεντες της ισης αξιας οἱ τῃ τιμῃ πλεον αλληλων αφεστασιν, η κατα την αναλογιαν την της ὑμετερας τεχνης. Hesych. κατ' αναλογιαν, κατα μετρον η κανονα. Idem igitur αναλ. της πιστεως quod v. 3. μετρον της πιστεως: vnde sententia haec: *pro ratione doni* (χαρισματος), *quo quisque fruitur.* Maior nempe πιστεως gradus requirebatur ad *subtiliter docendum,* quam ad *populariter cohortandum*; maior ad *res futuras reconditasque reuelandas,* quam ad *alias aliunde iam cognitas denuo explicandas et illustrandas* et s. p. *Hac, quam quisque attributam sibi accepit,* πιστεως *mensura*

τῆς πίστεως· εἴτε διακονίαν, ἐν τῇ διακονίᾳ· εἴτε 7
ὁ

menſura contentus ſit, *ſuoque ſe modulo metiri diſcat*. Alii de *analogia fidei* ſenſu theologico cogitantes, πιστις obiectiue *doctrinam Chriſtianam ipſam*, αναλογιαν vero *ſimilitudinem*, τυπον, ὑποτυπωσιν interpretantur; hoc quidem, quantum ſcio, contra omnem *veterem* loquendi vſum; vtrumque vero ſaltem, contra totius loci contextum. cf. πιστις et μετρον πιστεως v. 3. [noſtramque, ſi placuerit, *ſummam theologiae chriſtianae* §. 26., quo e veterum teſtimoniis docetur, *regulam fidei* h. e. corpuſculum doctrinae chriſtianae, apud antiquos longe diuerſam fuiſſe ob ea, quae nunc dicitur, *analogia fidei* iam a. b. *Erneſtio* ad l. n. repudiata].

7. ειτε - διακονιᾳ ad verſ. 6tum reiicienda. Vocabula διακονος, διακονειν, διακονια de *quouis munerum genere, Chriſtianae religionis cauſſa ſuſcepto* dici conſtat cf. 1 Cor. 12, 5. 2 Cor. 9, 1. atque adeo de *Apoſtolis ipſis* Rom. 11, 13. 1 Cor. 3, 5. cf. etiam Eph. 6, 21. 1 Theſſ. 3, 2. Deinde vero proprium factum eſt Chriſtianis *iis*, qui non tam *doctrinae*, quam *rebus* eccleſiae ſingulorumque Chriſtianorum *externis* operam nauabant; in his praecipue οἱ προεστωτες, επισκοποι, πρεσβυτεροι, tum alii ordinis et dignitatis paullo inferioris, *diaconi* proprie dicti vid. Act. 6, 1-7. Hoc ipſo tamen loco etiam τους προεστωτας comprehendi vid. ad v. 8. cf. Eph. 4, 12. 1 Petr. 4, 11. εν τῃ διακονιᾳ l. μενετω l. σωφρονειτω l. εστι μελος του σωματος χριστου vid. ad v. 6. Formulas ellipticas ſimiles cf. has: 1 Petr. 4, 10. 11. Arrian. Epict. IV, 4. Αγε μεν, ζευ, και συ εἱμαρμενη· θελετ' εις Ρωμην, εις Ρωμην· εις Γυαρα, εις Γυαρα· εις Αθηνας, Αθηνας III, 23. ὁ κιθαρωδος, ὡς κιθαρωδος· ὁ τεκτων ὡς τεκτων· Φιλοσοφος ὡς Φιλοσοφος. [niſi διακονιαν prima vice de *facultate* et ἱκανοτητε ad munus eccleſiaſticum (vom *Amtstalente*), altera de *officio* ipſo interpretari malis, quod ego quidem praefero]. Quae ſequuntur ειτε ὁ διδασκων rell. nouam his ordiri ſententiarum ſeriem, vel ipſa conſtructionis mutatio indicare videtur. Progreditur nempe nunc *oratio* Apoſtoli ad varios *primum* της προφητειας, *deinde* της διακονιας gradus explicandos atque enumerandos. ὁ διδασκων ſc. προφητης *qui ſpiritu diuino impellitur ad docendum* tum res vulgares et aliunde cognitas, tum inauditas et nouas. Non enim de iis qui, diuerſi a *Prophetis*,

8 ὁ διδάσκων, ἐν τῇ διδασκαλίᾳ· εἴτε ὁ παρακαλῶν, ἐν τῇ παρακλήσει. ὁ μεταδιδοὺς, ἐν ἁπλότητι· ὁ

tis, proprie διδασκαλοι dicebantur (Eph. 4, 11. 1 Cor. 12, 28.) h. l. sermonem esse posse, ex sequenti παρακαλων apparet vid. ad v. 8. εν τῃ διδασκαλιᾳ quid supplendum sit vid. ad initium vers. [Mihi quidem sensus ita constituendus essa videtur. αλλος διδακτικος εστι εν τῃ διδασκαλιᾳ, αλλος τε παρακλητος εν τῃ παρακλησει. Vnus eminet docendi facultate in munere doctoris, alter strenuus adhortator est in adhortatione publica 1 Tim. 3, 2. Act. 13, 15. Παρακλησις enim idem est, quod νουθεσια et προκλησις, quae praelectionem librorum sacrorum sequi solebat: *Iustin.* Mart. apol. I. p. 97. edit. Thirlb.]. Ab iis, quae sequuntur, exhortatio orditur noua ab ipso apostolo profecta].

8. ειτε — παρακλησει rursus ad v. 7. reiicienda. ὁ παρακαλων qui *adflatu Sp. S. incitatus populum admonet, hortatur, consolatur*. Act. 13, 15. 1 Cor. 14, 31. Neque vero παρακαλων et διδασκων ita sunt inuicem distinguendi, vt vtrumque *singulare quoddam publici muneris genus* habeatur: quod vt probari ex historia non potest, ita ne cogitari quidem posse videtur. Sed erat παρακαλων et διδασκων, quisquis Christianorum sapientia et eloquentia aliis superior, surgens in medium prodibat et in vsum ecclesiae loquebatur. Caeterum ex toto hoc loco apparere videtur, ea χαρισματων genera, quae vulgo (etsi non satis accurate) *dona miraculosa* κατ' εξοχην dicere solemus, velut: *linguis peregrinis loqui, aegrotos sanare* et s. p. qualia Corinthiis contigerunt (vid. 1 Cor. 12, 9-11.) in ecclesia Romana non obtinuisse. Si obtinuissent, cur vt in Epistola ad Corinthios, similiter etiam in hac, eorum non meminisset Apostolus, vix ratio probabilis reddi potest.

Quae sequuntur ὁ μεταδιδους — εν ἱλαροτητι arcte inuicem iungenda et ad διακονιαν v. 7. referenda, non vero de *virtutibus Christianorum communibus*, ad quas versu demum 9no transibit, interpretanda videntur. ὁ μεταδιδους igitur est *is*, *qui eleemosynas colligit in ecclesia* et *inter pauperes Christianos distribuit* Act. 6, 3 seq. hebr. פרנס [vel גבאי] vid. Lightfoot ad Matth. 4, 23. et Vitring. de Synag. Vet. (Proprium quidem voc. est διαδιδοναι, sed is, qui ad has ipsas eleemosynas publicas, *suam* quoque

ὁ προϊστάμενος, ἐν σπουδῇ· ὁ ἐλεῶν, ἐν ἱλαρότητι. 9
Ἡ ἀγάπη ἀνυπόκριτος· ἀποστυγοῦντες τὸ πονηρὸν,

κολ-

quoque *symbolam* contulerat, iure dici poterat etiam μεταδιδοναι) ὁ προϊσταμενος *praeses ecclesiae*, επισκοπος, πρεσβυτερος, ποιμην: quibus nominibus alias appellari solet 1 Tim. 5, 17. 1 Thes. 5, 12. denique ὁ ελεων *qui aegrotorum, captiuorum omninoque miserorum curam gerit. Der Pfleger der Leidenden*; (quem posterior aetas *parabolanum* dicere solebat. vid. Cod. Theod. de *episcopis* l. 42. 43. et Cod. Iustin. tit. eod. l. 18.) cf. Act. 6, 1 sqq. et αντιληψεις 1 Cor. 12, 28. Hoc enim ελεειν significare posse, quis dubitaverit? cf. Luc. 10, 37. Quodsi vero hoc modo tria illa μεταδιδους, προϊσταμενος, ελεων inuicem distinxeris, expedita est difficultas ea, quae alias quomodo solui possit, non facile apparet: quo modo πp. προϊσταμενος commemorari potuerit loco eo, quo non de ecclesiae muneribus, sed de vniuersis omnium Christianorum virtutibus iam agi videbatur. — ὁ μεταδιδους — εν ἱλαροτητι. Attendatur, non dici, vt in superioribus, ὁ μεταδιδους εν τῳ μεταδιδοναι, προισταμενος εν τῳ προιστασθαι rell. sed muneribus ipsis iungi etiam *virtutes* eas, quae ad ista rite administranda potissimum requirebantur. Sunt haec ἁπλοτης *sinceritas*: *candor*, quo nec in rem *suam* confert diaconus eleemosynas vsui *ecclesiae* destinatas; nec in distribuendis iis cupiditati indulget (alii: *liberalitatem* vertunt, non quidem contra linguae vsum 2 Cor. 8, 2. 9, 13. Iac. 1, 5. sed magis contra loci contextum) σπουδη *studium*, *cura*, *diligentia in rebus ecclesiae administrandis*, *disciplinaque inprimis gubernanda*. ἱλαροτης *animus ad opem miseris ferendam proclivis*, quo aegrotorum lectos non defugimus, sed libenter adimus miserisque solamen et auxilium afferimus. εν ἁπλοτητι repet. μεταδιδοτω similiterque in sqq. [omnis ἁπλοτητος expers Ephes. 6, 5.] προισταςθω, ελεειτω [2 Cor. 9, 7.].

9. Nunc demum sequuntur *virtutes vniuersae*, a *singulis* Christianis colendae, quod ipsum vel ex articulo participiis non praefixo quodammodo apparet. ἡ αγαπη h. l. *amor erga Christianos* synonym. της Φιλαδελφιας. ἡ αγ. ανυποκρ. sc. εστω h. αγαπατε αλληλους ανυποκριτως. cf. 2 Cor. 6, 6. 1 Petr. 1, 22. αποστυγουντες pro αποστυγειτε

detesta-

10 κολλώμενοι τῷ ἀγαθῷ· τῇ φιλαδελφίᾳ εἰς ἀλλή-
λους φιλόστοργοι· τῇ τιμῇ ἀλλήλους προηγούμενοι·
11 τῇ σπουδῇ μὴ ὀκνηροί, τῷ πνεύματι ζέοντες τῷ Κυ-
ρίῳ

VARIAE LECTIONES.

11. Καιρῷ legunt Codd. *D.* a. pr. m. *F. G.* Edd. *Erasmi* 2. 3. 4 5. *Colin.* R. *Steph, mirifica. Bogard. Crispin. Haultin. Wechel.* E *Schmidt* cod. *clar.* et f. *boerner. G. Nyssen.* bis. *Cyprian. Ambro siast.* diserte codd. *lat.* ap. *Hieron. Ruff.* et *Bedam.* Inscriptio ca pituli huius in Codd. lat. de *tempori seruiendo* teste *Luc. Bru gensi.* Forte etiam *Ignat.* ep. ad Polyc. 3. probb. *Millio, Her mann.* I. B. *Carpzovio, Semlero, Griesbachio.* Κυρίῳ Codd. *grae* fere omnes. Edd. *Compl. Erasm.* 1. *Bez.* Codd. *graeci* ap. *Hiero Ambrosiastr.* et *Bedam.* Verss. *Syr. Arab. Copt. Aeth. Arm. Vulg germ. harl. lat.* omnes ap. *Luc. Brug. Clem. Ath. Chrys. Basi Theodoret. Euthal. Antioch. Oecum. Theoph. Hieronym.* diserte *Aug. Ruff.* diserte. *Pelag. Primas. Sedul. Beda* dis. *Chrysol. Sa vian.* probb. *Bengel. Baumgart. Wetsten.* Ex compendio litter rum ortus error, quisquis tandem fuerit: vtrum vero librariu *notius* κυρίῳ *ignoto* καιρῷ, an vero *hoc ipsum*, quia *exquisitius* era *illi* praetulerit, decernere equidem non audeo.

detestamini. το πονηρον *iniuria quaelibet, ad quam aliis inferendam excitamur.* κολλασθαι τινι i. q. διωκειν, ζητειν τι αγαθον *officia quaevis, quibus alter iuuatur.*

10. τῃ φιλ. — φιλοστοργοι *tenerrimo amore vos inuicem velut fratres prosequimini,* στοργη et φιλοστοργος de *amoris affectu vehementiore* perpetuo dicitur 2 Macc. 9, 21. E graecis scriptoribus collecta loca plura vide ap. Wetst. τῃ τιμῃ — προηγ. cf. Philipp. 2, 3. vbi προηγεισθαι expressum per: ἡγεισθαι ὑπερεχοντας, *se ipso potiores ducere alio.* Theophyl. προφθανειν, πρ λαμβανειν. Tacit. Agric. 6. *v xeruntque mira concordia p mutuam caritatem et inuicem anteponendo.*

11. *Vna* sententia tripli *modo* expressa, haec: *Re gioni Christi omnem opera vestram consecrate. Seyd e rig, feurigen Geistes, f den Herrn thut alles.* σπου *quoduis studium,* idem tam in epistola, quae de *religio* agit, haud dubie ad hanc ipsa *religionem eiusque tuendae propagandae studium* refere

dur

ρίῳ· δουλεύοντες· τῇ ἐλπίδι χαίροντες· τῇ θλί- 12
ψει ὑπομένοντες· τῇ προσευχῇ προσκαρτεροῦν-
τες· ταῖς χρείαις· τῶν ἁγίων κοινωνοῦντες· 13
τὴν

VARIAE LECTIONES.

13. Pro χρειαις legunt μνειαις Codd. *D.* a. pr. m. *F. G.* clar. Boerner. Codd. *lat.* ap. *Ruff.* et *Pelag. Ambrosiast. Optat. Aug. Hilarius. Chrysol. Gregor. M. Chrys.* in hom. 3. in 2 Tim. probb. *Millio* et *Valesio* ad Euseb. H. E. IV, 15.

lum. οκνηρος, *qui grauatim aliquid facit, non alacris et promtus ad agendum.* ζεειν τῳ πνευματι (πνευμα sitne νους an πν. ἁγιον in νουν hominis agens, incertum, *hoc* tamen probabilius *illo*) *feruidum vehementissimumque rei desiderium* indicat cf. Act. 18, 25. Απολλως ζεων τῳ πνευματι. Eunapius in Proaeres. p. 146. ...εοντος του συγχωρευοντος αυ... δαιμονος add. Eph. 5, 18. πληρουσθαι τῳ πνευματι et 1 Th. 5, 19. πνευμα μη σβεννυτε. ζεειν de *ira* potissimum occurrit: Philo de vit. Mos. I. T. II. p. 178, 13. ζεων ...ι πεπυρωμενος επι της νομου αγανακτησεως. τῳ κυριῳ (vid. v. l.) δουλευειν. *suum facere, vt Christi religio seruetur et propagetur.* Si praeferis τῳ καιρῳ δ. est: *ferre ..., quae pro temporis ratione sint ferenda.* Tum vero ad 12. haec sunt transferenda. ...lii *diligenter vti temporis opportunitate*, paullo obscurius, sensu tamen eodem. cf. ...ut. Arat. p. 1047. ὁρων απαιτητον επικειμενην αναγκην, και τον καιρον, ὡ δουλευουσι οἱ δοκουντες αρχειν Antholog. I. 38, 9. καιρῳ δουλευειν και θεος ων εμαθεν. Cicero ad famil. IX, 17. *seruire tempori.* Lucanus in Pisonem 1, 143. *Temporibus seruire decet: qui tempora certis ponderibus pensauit, eum si bella vocabunt, miles erit; si pax, possitis toga gestiet armis;* formulasque similes Phocylid. v. 114. καιρῳ λατρευειν μητ' αντιπνεειν ανεμοις Polyb. p. 1241. τοις καιροις ακολουθειν et Schol. Aristoph. Ran. 47. τοις καιροις καθομιλειν Philo quod omn. prob. lib. p. 868 D. προς τον καιρον ἁρμοζεσθαι.

12 sqq. *Oppressi calamitatibus animum non despondete, sed exhilarate vos spe futurae felicitatis vobis destinatae. In perferendis iis estote patientes: deo res vestras precibus commendare non desinite; quantum vero in vobismet ipsis est, liberalitate, hospitalitate, omnique officiorum genere fratrum miseriam subleuate.* τῃ προσευχ. προσκαρτ. Euph. 6, 18. quod alias dicitur προσευχ.

14 τὴν φιλοξενίαν διώκοντες. εὐλογεῖτε τοὺς διώ-
κοντας ὑμᾶς· εὐλογεῖτε, καὶ μὴ καταρᾶσθε.
15 χαίρειν μετὰ χαιρόντων, καὶ κλαίειν μετὰ κλαιόν-
16 των. τὸ αὐτὸ εἰς ἀλλήλους φρονοῦντες· μὴ τὰ
ὑψηλὰ

σευχ. ἀδιαλείπτως vid. ad 1 Th. 5, 17.

13. χρεία *indigentia.* Philipp. 2, 25. 4, 19. Hesych. χρεῖαι, ενδειαι (sic legendum pro ενδειναι iam C. F. Schmidt notauit): κοινωνεῖν χρείαις *subleuare aliorum inopiam* cf. ad Gal. 6, 6. Si μνείαις praetuleris (vid. v. l.) sententia non differt: κοινωνεῖν ταῖς μν. ἁγίων idem est quod μιμνήσκεσθαι, μνημονεύειν ἁγίων. Gal. 2, 10. ἅγιοι vid. ad 1, 4. Φιλοξενία, virtus, eo inprimis tempore necessaria, quo expulsi patria Christiani in peregrinis terris oberrare cogebantur. De verbo διώκειν vid. ad 9, 30.

14 sqq. ad finem vsque Capitis omnia cohaerent: *officia Christianorum, si hostium iniurias experiantur.* Sententia v. 14. haec. *Ipsis adeo hostibus vestris animum beneuolum et ab omni vindictae cupiditate alienum praestate.* In εὐλογεῖν (hebr. ברך) et καταρᾶν (hebr. ארר) non tantum *bene maleque precandi*, sed *omnis* omnino *beneuolentiae odiique* notio inesse putanda. De praecepto ipso, eiusque vi et natura plura vid. ad Matth. 5, 44.

15. *Quisque de aliorum fortuna vt de sua ipsius sentiat, et si aduersa fuerit, subleuare eam quouis modo studeat.* χαίρειν — κλαίειν (sub int. δεῖ) pro χαίρετε, κλαίετε. Sententia eadem in talmud. scriptoribus frequens. lib. Musar. 96, 1. *Debet homo gaudere cum socio suo in die gaudii eius, et adhaerere ei in die angustiae eius, dareque operam vt eum liberet ex ea* et 136, 20. *Semper homo gaudebit cum gaudentibus et moestus erit cum moerentibus, affliget se cum iis, qui se affligunt, nec ridebit cum flentibus, nec flebit cum ridentibus.*

16-21. Praecepta *prudentiae* Christianae: quae si quis seruauerit, multa calamitatum genera partim repellere a se, partim mitigare poterit. Sunt vero potissimum haec duo: *mutua Christianorum concordia*, qua res paruas crescere, fortunamque aduersam multo facilius ferri posse constat

ὑψηλὰ φρονοῦντες, ἀλλὰ τοῖς ταπεινοῖς συναπα-
γόμενοι. μὴ γίνεσθε φρόνιμοι παρ' ἑαυτοῖς. μη- 17
δενὶ

tat; et *erga aduerfarios ipfos* *manfuetudo, indulgentia, et in officiis ipfis, fi fieri poteft, praeftandis ftudium.* τὸ αὐτὸ φρονεῖτε varie poteft explicari, vel: *in confiliis veftrae omnium falutis cauffa capeffendis concordes eftote.* Sic εἰς ἀλλήλους non opus eft accipi pro ἐν ἀλλήλοις *inter vos* 15, 5. — Neque enim loca 14, 19. et 1 Th. 3, 12. quicquam pro *hoc* vfu loquendi probare poffunt — fed eft: *ad mutua veftra commoda, für einander;* et τὸ αὐτὸ φρονεῖν *non contrariis confiliis, voluntatibus, ftudiis in hanc illamue partem trahi. Sucht durch Eintracht euch einander zu unterftützen.* cf. 1 Cor. 13, 11. Philipp. 2, 2.) vel cum Erafmo: *idem alii in alios* (de aliis) *fentientes nemo putet alium fe minorem; fed omnibus fe accommodet, de omnibus ex aequo bene fentiat:* quae ratio inprimis apta videtur fequentibus; vel denique, *ita de aliis fentiamus, ut de nobis ipfis fentire volumus alios,* fenfu fere eodem. μὴ — συναπαγόμενοι *ne fuperbia elati afflictorum confortio vos fubtrahite, fed cum his ipfis communem calamitatem fuftinere parati eftote.* ὑψηλὰ φρονοῦντες vid. 11, 21. ταπεινοῖς συναπάγεσθαι fenfu maxime proprio accipio: *pati vt cum miferis fodalibus noftris, in malorum focietatem abripiamur. Schämt euch nicht aus Stolz eurer bedrängten Brüder, fondern duldet willig mit ihnen.* ταπεινός, *qui eft vili et mifera conditione*, hebr. עני Iac. 1, 9. 2 Cor. 7, 6. συναπάγεσθαι, σὺν ad ταπεινοῖς ref. et ἀπάγεσθαι *rapi* fc. *in ius* l. *ad tormenta.* cf. Gal. 2, 13. 2 Petr. 3, 17. Ex vulgari interpretatione ταπεινοῖς a neutro ταπεινά deducitur et συναπαγ. τοῖς ταπεινοῖς pofitum exiftimatur pro διώκειν τὴν ταπεινοφροσύνην. Sed nunquam, quantum fcio, συναπάγεσθαι fenfu *honefto* dicitur de *virtutis ftudio;* ad *vilia* et *miferiam* ἀπάγεσθαι dici homines folere, nemo dubitat: quo pertinent etiam loca Paulli et Petri modo citata. μὴ γίνεσθε — ἑαυτοῖς. *Ne de veftra ipforum fapientia et intelligentia parum modefte fentiatis* vid. ad 11, 25. add. Aefchyl. παρ' ἑαυτῷ τὸ δίκαιον ἔχειν, *fibi iuftum videri.*

17 fqq. *Indulgentia aduerfus inimicos et patientia in ferendis eorum iniuriis: oppofita vindictae cupiditati,* qua

 ad

δενὶ κακὸν ἀντὶ κακοῦ ἀποδιδόντες· προνοούμενο
18 καλὰ ἐνώπιον πάντων ἀνθρώπων· εἰ δυνατὸν
τὸ ἐξ ὑμῶν, μετὰ πάντων ἀνθρώπων εἰρηνεύον
19 τες. μὴ ἑαυτοὺς ἐκδικοῦντες, ἀγαπητοί, ἀλλ
δότε τόπον τῇ ὀργῇ· γέγραπται γὰρ, "ἐμοὶ ἐκδί

κησι

ad continuanda odia excitantur adeo magisque inflammantur hostes. μηδενι κακον — αποδ. Seneca de ira II, 32. *Non enim, vt in beneficiis honestum est, merita meritis repensare, ita iniurias iniuriis. Illic vinci turpe est, hic vincere.* προνοουμενοι — ανθρωπων. Eadem formula occurrit Prov. 3, 4. hebr. שכל טוב, quod est in illo contextu, non: *studere honestati* sed *conciliare sibi aliorum beneuolentiam.* Nec video, quid tum loco nostro, tum simili 2 Cor. 8, 21. obstet, quominus idem sensus teneatur; etsi vulgarem rationem, qua προνοεισθαι καλα confertur cum Iosephi A. VIII, 12. 2. προνοιαν ποιεισθαι et IX, 1. 1. προνοεισθαι του δικαιου *virtuti studere*, vsui loquendi non plane contrariam esse lubens confiteor. Adde προνοειν l. προνοεισθαι καλου 1 Tim. 5, 8. et Sext. Emp. adv. Eth. 104. λεγεται ὁ ανθρωπος προνοεισθαι του καλου. Et tamen secundum haec ipsa exempla *Genitiuus* καλου requireretur, pro *Accus.* καλα.

18. Sententia *eadem*, ide repetita, quia in *hac ipsa Chr stianorum lenitate* certissimu ipsorum felicitatis praesidiu contineri Ap. nouerat. ειρ νευειν μετα τινος *ita cum a tero viuere, vt nulla re eu laedas, vicissim vero quaeu bona officia ei praestes.* μετ παντων ανθρωπων, *Iudae gentibusque.* ει δυνατον, τ εξ ὑμων, *si fieri potest; sa tem, ne in vobis quicqua desideretur, quod ad tuenda hanc concordiam facere po sit, diligenter cauete.*

19. δοτε τοπον τῃ οργῃ *differte iram* (coll. Latin rum: *spatium dare irae* Li II, 50. VIII, 32. Seneca d ira III, 39. et Sap. 12, 2 δους χρονους και τοπον, δι' α απαλλαγωσι οἱ εχθροι της κ κιας) l. vt οργη *ira dei* intell gatur, *permittite vindicta deo* Theophyl. συγχωρησον τ θεῳ επεξελθειν coll. 2 Chro 24, 18. Matth. 3, 7. Rom. 5. 8. 4, 15. 5, 9. Eph. 2, 1 Thess. 1, 10. (Forte vtraqu interpretatio coniungi potes *ne occupate poenas, quas i flig*

ησις, ἐγὼ ἀνταποδώσω, λέγει Κύριος." Ἐὰν 20
ὖν πεινᾷ ὁ ἐχθρός σου, ψώμιζε αὐτόν· ἐὰν διψᾷ,
πότιζε

iget iis *suo tempore* (*deus*). chöettgenius: *fugite iram* oll. German. linguae idiosmo: *geht ihm aus dem Vege, macht ihm Platz.* Luc. 4, 19. Alii denique *iram* ad ostem referunt, ita quidem, vel post οργη, εχθρου supleatur, vel οργη ipsum pro oncreto οργιλος ανηρ accipiatur: *cedite, non resistite iniuis aliorum* coll. Eph. 4, 27. rumque duriffime. Formula dem, fenfu tamen plane conario (pro *indulgere irae*), itur Plutarch. de ira cohienda p. 462. δει μητε παιοντας αυτη (τη οργη) διδοναι που, [Mihi quidem praeacet *Schoettgenii* fententia: לח מקום תנו, *cedite irae.* *etron.* c. 94. cede infaniae i. ocyus foras exi.]. γεγραπαι γαρ. Locus eft Deut. 32, 5. לי נקם ושלם εμοι εκδιησις, εγω ανταπ. i. q. ΕΓΩ δικησω ΕΓΩ ανταποδωσω. *na* fententia *duabus* formus expreffa. Alteram ex loco 7. repetiit Ap., alteram exicandae et augendae fentenae cauffa addidit ipfe h. l. vt br. 10, 30. *Ipfe ego vindiam fumam, ipfe ego remurabor.*

20. *Vos igitur non tantum n mala malis compenfate; rum etiam, fi indigeant ope vestra inimici vestri, eos adiuvate et fubleuate.* Commendatur erga hoftes beneuolentia (ex loco V. T. Prov. 25, 21. 22.) exemplis duobus, quibus tamen ipfis *quaeuis alia beneficiorum genera* comprehendi per fe apparet. cf. Matth. 25, 35. ψωμιζειν (a ψωμος *buccella*) frequens apud LXX, pro האכיל *alere*, *cibum fuppeditare.* cf. Pf. 80, 6. Sap. 16, 20. Sir. 15, 3. 1 Cor. 13, 3. Hefych. τρεφειν. ανθρακας πυρος — κεφαλην αυτου. Sunt etiam haec ex eodem Prouerbiorum loco defumta, ideoque ad fenfum formulae conftituendum locus *is* inprimis eft conferendus. Hebraica haec: גחלים אתה חתה על ראשו in quorum quidem fenfu conftituendo non praetermitti debet: *primum*, על ראשו επι την κεφαλην αυτου nihil aliud effe, quam עליו, επ' αυτον; cum follenne fit fcriptoribus antiquis, maxime poetis, *partes hominis* pro *homine ipfo* ponere cf. vocc. נפש, לב, fimiliterque ראש Pf. 7, 17. 66, 12. Iud. 5, 30. Act. 18, 6. Max. Tyr. XI, 1. ευχεται ελθειν αυτῳ την αρχαιαν πενιαν, του δε χρυσου απελθειν εις εχθρων κεφαλας. *deinde*, formulam ipfam σωρευειν ανθρακας επι τινα (*glühende Kohlen über jemand zufammenhäuffen*)

πότιζε αὐτόν. τοῦτο γὰρ ποιῶν, ἄνθρακας πυρὸς σωρεύσεις

läuffen) in omnibus linguis eſſe prouerbialem, ſenſu hoc: *facere vt quis atrociſſimis doloribus excrucietur.* Vnde ſententia loci haec exſiſtit: *Si alter illa tanta tua patientia et beneficentia non redierit ad mentem meliorem: grauis ei impendet poena.* Suam fecerunt rationem hanc e Vett. *Theophylactus*, e recentt. grauiſſimi interpretes *Grotius*, *Wetſtenius* (diuerſus tamen hic eo, quod ανθρακας πυρος *fulmen* verti, idque de *vindicta diuina* intelligi voluit). *Lockius* alii. Aptiſſima etiam ſunt eidem inprimis ea, quae Prouerbiorum loco ſequuntur: ויהוה ישלם לך *hoſtis tunc poenas dabit grauiſſimas, tibi vero benignitatem tuam remunerabitur Deus.* cf. etiam 4 Esdr. 16, 54. Tertullianus: *Plus improbum illum caedis ſuſtinendo. Ab eo enim vapulabit, cuius gratia ſuſtines.* — Maluerunt tamen interpretes plerique ſententiam plane aliam in locum inferre, tum hanc: *aegritudinem et moleſtiam ipſi creabit, ſi cogatur beneficia ab hoſte accipere:* tum illam: *eo adduces eum, vt pudeat ipſum et poeniteat iniuriae tibi illatae;* tum denique cum *Schultenſio*, (ad loc. Prouerb.) *Heumanno* aliisque hanc: *prunarum ardentium ſimilem h. ardentiſſimum*

tui amorem in aduerſarii animo excitabis. Ratio horum conaminum, in quibus ſingulis communem et popularem loquendi vſum deſideramus, tantum in eo quaerenda eſt quod indignum Apoſtolo putarunt viri docti; ſi is praeſtantiſſimae huius virtutis rationem *eam* commemoraſſ videretur, quae cum *inuidia* et *odio* (Schadenfreude) quodammodo eſſet coniuncta. Enimuero negari tamen non poteſt, ſententiam *prorſus eandem* iam v. 19. praeceſſiſſe hoc loco tantum *alia*, paull inſolentiore, *formula expreſſam;* vnde, niſi etiam *illum* locum emolliendum interpretatione noua putes, quid *huius* loci interpretationes vel ingenioſiſſimae ad defendendum Apoſtolum valere poſſin mihi non apparet. Nequ vero etiam locus vterque it eſt capiendus, quaſi *hac* potiſſimum *ratione* voluerit Apoſtolus, Chriſtianos ad benevolentiam hoſtibus etiam praeſtandam excitari; potiu ſcripta ea omnia putem, tu quidem *Chriſtianis* conſili eo, vt cogitatione hac: *Deu ſibi praeſentem eſſe iniuria cuiusuis vltorem*, has ipſ hoſtium iniurias eo minu perhorreſcerent laetioresqu perferrent; tum inprimis *ipſ eorum aduerſariis*, maxim *Iudaei*

σωρεύσεις ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ. μὴ νικῶ ὑπὸ 21
τοῦ κακοῦ, ἀλλὰ νίκα ἐν τῷ ἀγαθῷ τὸ κακόν.
Πᾶσα ψυχὴ ἐξουσίαις ὑπερεχούσαις ὑποτασ- XIII.
σέσθω.

Iudaeis, vt hi hac ipſa poenarum diuinarum, quas ſua erga *patientes benignosque* Chriſtianos crudelitate certo ſibi contrahebant, comminatione a nouis atrocioribusque iniuriis abſterrerentur. [Bene de I. n. iudicat *Auguſtinus* de doctrina chriſt. III, 16. *carbones ignis ſunt vrentes poenitentiae gemitus, quibus ſuperbia inimici ſanatur.* Ex mente enim apoſtoli non propterea benefici eſſe debemus erga inimicos, vt pudoris ſenſu igneo eos ſuffundamus: potius oſtendere vult, beneficia in hoſtes collata ſequi vltro poenitentiam malefactorum, qua animus vel maxime exacerbatus flectatur et in melius corrigatur].

21. *Noli vnquam ad ſimiles iniurias hoſti inferendas deſcendere, tuis potius beneficiis meliorem te virum praeſta.* cf. Herodot. VII Gelonius Syracuſanus Spartanorum legato haec: ω ξεινε Σπαρτιατα ονειδεα κατιοντα ανθρωπω φιλεει επαναγειν τον θυμον, συ μεν τοι αποδεξαμενος ὑβρισματα εν τω λογω, ου με πεισεις ασχημονα εν τη αμοιβη γενεσθαι. Polyaenus V, p. 485. ου κακω καλον ημυναμην, αλλα αγαθω κακον. Philo ap. Stob. S. X. p. 47. ουδενι μνησικακων το παραπαν, αλλα νικαν τους εχθρους αξιων εν τω ποιειν ευ, μαλλον η βλαπτειν. Hierocles in fragm. επειτα, καν ουτως τοιουτος ῃ αδελφος, αλλα συγε αμεινων ευρεθητι, και νικησον αυτου την αγριοτητα ταις ευποιϊαις. Iſocrat. ad Demonic. αισχρον νομιζε, των εχθρων νικασθαι ταις κακοποιϊαις, και των φιλων ἡττασθαι ταις ευεργεσιαις. Seneca de benef. VII, 31. *Vincit malos pertinax bonitas, nec quisquam tam duri infeſtique aduerſus diligenda animi eſt, vt etiam vi tractus bonos non amet.* Id. de ira II, 34. *Iraſcetur aliquis; tu contra beneficiis prouoca: cadet ſimultas ab altera parte deſerta, niſi par non pugnat. Si vtrinque certabitur, ille eſt melior, qui prior pedem retulit, victus eſt, qui vicit.* Plura loca Vett. vid. apud Wetſt.

Cap. XIII. Noua paraeneſis ad *obſequium magiſtratibus quibusuis, etiam iniquiſſimis et crudeliſſimis, praeſtandum.* Nouerat P. procliuem Iudaeorum ad ſeditiones contra Romanos excitandus animum (cf. Ioſeph. A. XVII, 2, 4. Φαρισαιοι βασιλευσι δυναμενοι

σέσθω. οὐ γάρ ἐστιν ἐξουσία, εἰ μὴ ἀπὸ Θεοῦ· αἱ δὲ οὖσαι ἐξουσίαι, ὑπὸ Θεοῦ τεταγμέναι εἰσίν. ὥστε

μενοι μαλιστα αντιπρασσειν, προμηθεις, καν του προυπτου εις το πολεμειν τε και βλαπτειν επηρμενοι. Παντος γουν του ιουδαικου βεβαιωσαντος δι ὁρκου η μην ευνοησαι Καισαρι, και τοις βασιλεως πραγμασι, οἱδε ανδρες ουκ ωμοσαν, οντες ὑπερ εξακισχιλιοι) eundemque pellendis saepius ciuitate Romana Iudaeis occasionem dedisse, ante paucos annos vsu expertus fuerat. cf. Act 18, 2. coll. Sueton. Claud. 25. *Iudaeos impulsore Chresto assidue tumultuantes Roma expulit.* [Vide commentat. nostram ad hanc Suetonii locum, *de Iudaeis impulsore Chresto Romae adsidue tumultuantibus.* Gotting. 1803.] Ne igitur Christiani, quorum magna saltem pars e Iudaeis erat, simili rerum nouandarum studio abrepti tum sanctiorem Christi doctrinam profanarent, tum sibimet ipsis damna et calamitates ineuitabiles inferrent, providens Ap., declarata copiosius magistratuum natura divinaque origine, ad singula officia lubenter iis praestanda Christianos cohortatur; maxime, cum quae supra *de Christianorum libertate* ipse disputauerat, ab imprudentibus malignisque hominibus facile in iniquam, magistratumque auctoritati contrariam sententiam trahi posse viderentur. Paraeneses easdem vide Tit. 3, 1. 1 Petr. 2, 13. 14. πασα ψυχη כל נפש pro ἑκαστος, πας ανθρωπος. Gen. 1. 10. 12, 5. εξουσια, *magistratus, cuius est imperium in alios.* Luc. 12, 11. Eph. 3, 10. αρχαι και εξουσιαι Eph. 1, 21. αρχη, εξουσια, δυναμις, κυριοτης, 6, 12. αρχαι, εξουσιαι, κοσμοκρατορες. 1 Macc. 1, 38. του μη ὑπακουσαι αλλης ΕΞΟΥΣΙΑΣ, η του αρχιερεως. Euseb. H. E. V, 1, 4. αναχθεντες εις την αγοραν ὑπο τε του χιλιαρχου και των προεστηκοτων της πολεως ΕΞΟΥΣΙΩΝ. Dion. Hal. XI. p. 317. οἱ μεν ραβδουχοι κελευθεντες ὑπο της ΕΞΟΥΣΙΑΣ ανειργον αυτους απο του βηματος. εξουσιαι ὑπερεχουσαι (Latin. *excelsae potestates.* Ammian. Marc. XIV, 1. nostrum: *hohe Obrigkeit*) i. q. ὑπερεχοντες, αρχοντες (cf. v. 3. 1 Petr. 2, 13. Sap. 6, 5. 2 Macc. 3, 11.) εν ὑπεροχη οντες (1 Tim. 2, 2.) κρατουντες (Ioseph. de b. I. 11, 7. vid. loc. ad finem v.) προεχοντες τοις αξιωμασι, Ioseph B. I. VII, 11, 1. Intellige non *imperatores* tantum, sed *quosque magistratus.* Alii ὑπερεχειν *tueri* interpretantur, vnde hoc ipso adiuncto, *rationem* obsequii magistratibus

ὥστε ὁ ἀντιτασσόμενος τῇ ἐξουσίᾳ, τῇ τοῦ Θεοῦ 2
διαταγῇ ἀνθέστηκεν· οἱ δὲ ἀνθεστηκότες, ἑαυ-
τοῖς

bus praestandi contineri putant. Verum, nec ὑπερεχειν est *tueri* (alia ratio est, si ὑπερεχειν την χειρα l. την ασπιδα eo sensu, apud Poetas maxime, occurrat), nec consilio Apostoli in hoc ipso loco tractando, *tale* epitheton conveniebat, cum *pessimo* etiam magistratui, a quo securitatem iusque vindicatum isto inprimis tempore exspectare non poterant Christiani, obsequium praestandum esse, expresse doceat. ου γαρ εστιν. τεταγμεναι εισιν. Ad singularem quandam Dei prouidentiam magistratuum origines fortunamque omnem referri, adeo communis constansque est omnium populorum sententia, vt fere a natura ipsa praecepta et quasi instillata videri possit. cf. Homeri βασιλεις διογενεις et διοτρεφεις. Callim. hymn. in Iov.

εκ δε Διος βασιληες, επει
Διος ουδεν ανακτων
θειοτερον, τω και σφι τεην
εκρινας ταξιν.

Prov. 8, 15. 16. Plin. in Panegyr. *Si adhuc dubium fuisset, forte casuque rectores terris an aliquo numine darentur, principem tamen nostrum liqueret diuinitus constitutum.* Iosephus de Essenis B. I. l. cit. το πιστον αει παρεξειν πασι, μαλιστα δε τοις κρατουσιν· ΟΥ ΓΑΡ ΔΙΧΑ ΘΕΟΥ ΠΕΡΙΓΙΝΕΣΘΑΙ ΤΙΝΙ ΤΟ ΚΡΑΤΕΙΝ. ὑπο του θ. τεταγμεναι. Epict. Enchirid. c. 29. ὡς ὑπο του θεου τεταγμενοι εις ταυτην ταξιν. [Principatus *fato* datur: Sueton. Tit. c. 9.].

2, αντιτασσομενος i. q. ανθεστηκως *qui obsequium negat magistratui.* [ܩܳܐܶܡ], *qui se huic potestati opponit vi.* Obsequium enim salua conscientia interdum denegari potest magistratui; neque etiam negandum erit, eum propter causas fonticas cum Deo, vti Zwinglius pronuntiauit, posse deponi. Vim contra priuatam aduersus primores populi dirigere, capital est.] διαταγη (διαταγμα Esdr. 7, 11. Hebr. 11, 23. διαταξις Ps. 119, 9.) θεου *institutum diuinum* cf. Bereschith R. Sect. 94. Fol. 92, 3. R. Iuda dixit: כל המעיז פניו במלך כאילו מעיז פני בשכנה *quicunque se opponit regi, idem est ac si se opposuerit maiestati diuinae.* ἑαυτοις κριμα ληψονται, *die haben's sich selbst zuzuschreiben, wenn sie gestraft werden.* κριμα λαμβανειν, נשא משפט [נשׂאת] i. q. κρινεσθαι Iac. III, 1 Matth. 23, 14. ἑαυτοις *sua culpa.* κριμα *poenae* tum a *magistratibus* tum alia ratione *a deo ipso* infligendae: vnde etiam versus

3tius

3 τοῖς κρίμα λήψονται. οἱ γὰρ ἄρχοντες οὐκ εἰσὶ
φόβος τῶν ἀγαθῶν ἔργων, ἀλλὰ τῶν κακῶν.
θέλεις δὲ μὴ φοβεῖσθαι τὴν ἐξουσίαν; τὸ ἀγα-
4 θὸν ποίει, καὶ ἕξεις ἔπαινον ἐξ αὐτῆς. Θεοῦ
γὰρ διάκονός ἐστι, σοὶ εἰς τὸ ἀγαθόν. ἐὰν τὸ κα-
κὸν ποιῇς, φοβοῦ· οὐ γὰρ εἰκῇ τὴν μάχαιραν φο-
ρεῖ·

3tius his arcte iungendus: *punientur, nam ad id conſtituti ſunt magiſtratus, vt poenis coerceant malos.*

3. Φοβος κακων εργ. h. φοβεροι τοις κακα εργαζομενοις Iuſtin. III, 1, 1. *Xerxes* TERROR *gentium.* Inſcriptio: ειμι κριτης γαρ ηπιος ιθυδικοις, τοις δ' αδικουσι δεος. Ioſeph. b. I. II, 16. 4. Φερε δε, ειναι τους Ρωμαιων ὑπηρετας ανηκεστως χαλεπους, ουπω Ρωμαιοι παντες αδικουσιν ὑμας, ουδε Καισαρ; προς οὑς αἱρεισθε τον πολεμον: ου γαρ εξ εντολης ἡκει τις πονηρος απ' εκεινων.) θελεις δε pro ει δε θελεις cf. Iac. 3, 13. Sententiam eandem vid. in tractatu Vaiikra R. ſect. 9 f. 153, 1. *Acha parobolam dixit de magnate quodam profecto in prouinciam, quocum erant agmina latronum. Dixit vnus ad alterum: Quam tremendus eſt vir iſte! Alter reſpondit:* הרא פסטמא רילך טבא ולית את דחיל מיניה *Si* επιστημη *(mens) tua bona eſt, non habes quod eum metuas.*

4. Θεου διακονος εστι σοι εις το αγαθον arcte iung. praecipua ſententiae vis eſt in his: σοι εις το αγαθον. *In tuum enim commodum conſtituti ſunt magiſtratus a deo.* cf. Plut. Numa p. 63 D. ὑπερησιαν θεου το βασιλευειν ἡγουμενος, οσγε ανιστησι, και ουκ εα κεισθαι και αργειν την εν σοι τοσαυτην δικαιοσυνην Seneca ep. 73. *Errare mihi videntur, qui putant philoſophiae fideliter deditos contumaces eſſe ac refractarios et contemtores magiſtratuum ac regum, eorumue, per quos publica adminiſtrantur. E contrario enim nulli aduerſus illos gratiores ſunt, nec immerito: nullis enim plus praeſtant, quam quibus frui tranquillo otio licet. Itaque hi, quibus ad propoſitum bene viuendi aditum confert ſecuritas publica, neceſſe eſt, vt auctorem huius boni vt parentem colant.* επαινον ἕξεις *laudem et praemia reportabis.* Philo de Iudice: Τιμωριαι δ' επ' αδικοις, ὡς επι δικαιοις τιμαι βεβαιουσθωσαν. επαινος *quoduis virtutis praemium cum laude coniun-*

ρεῖ. Θεοῦ γὰρ διάκονός ἐστιν, ἔκδικος = εἰς ὀρ-
γὴν: τῷ τὸ κακὸν πράσσοντι. διὸ ἀνάγκη ὑπο- 5
τάσσεσθαι, οὐ μόνον διὰ τὴν ὀργὴν, ἀλλὰ καὶ
διὰ τὴν συνείδησιν. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ φόρους 6
τελεῖτε·

VARIAE LECTIONES.

4. *εις οργην* deeſt in codd. *D.* a. pr. m. *F. G. clar.* prob. *Millio.* Ponitur ante *εκδικος* in 1. 3. 4. 39. 46. 47. *Apoſt.* 2. *Chryſoſt. Theodoret.* Additum videtur, vt reſponderet *τῳ: εις το αγαθον* v. eodem.

coniunctum 1 Petr. 2, 14. 1 Cor. 4, 5. Philo de vit. Moſ. 1. p. 626 C. In Moſis virtutibus imperatoriis referuntur *προτροπαι προς τα βελτιστα, ψογοι και κολασεις αμαρτανοντων ευνομοι,* ΕΠΑΙΝΟΙ *και* ΤΙΜΑΙ *παλιν κατορθουντων συν νομῳ την μαχαιραν Φορει vitae necisque ius habet.* Suet. in Vitellio 15. *aſſiſtenti conſuli exſolutum a latere pugionem velut ius necis vitaeque ciuium reddebat.* Aurel. Vict. de Caeſar. 13. *Traianus praefectum praetorio, cum inſigne poteſtatis, vti mos eſt, pugionem daret, crebro admonuit: Tibi iſtum ad munimentum mei committo, ſi recte agam: ſin aliter, in me magis.* Philoſtrat. in vit. Apoll. VII, 16. *magiſtratus* vocat *τους τα ξιφη Φεροντας. εκδικος* (Etym. *δικαιος η αδικος οιονει ὁ εξω του δικαιου ων.*) h. l. pro participio *εκδικων, εκδικησας* poſitum, ab *εκδικειν vindictam ſumere, poenam infligere.* *εις οργην* redundat i. q. *εκδικος* cf. ad. 2, 5. vid. v. l.

5. *αναγκη* populariter interpretandum pro: *καθηκον εστι. Δει ουν ὑποτασσεσθαι* cf. Hebr. 9, 16. 23. Matth. 18, 7. Philo quis rer. div. haer. p. 512. *οἱς αναγκη χρησθαι τα της τροφης δεομενα.* Sententia eadem ap. Sophoclem. *αρχοντες εισιν· ὡσθ' ὑπεικτεον.* *δια την οργην poenarum metu. δια την συνειδησιν quia obſequio erga magiſtratus recte et pie agere nos intelligimus.* Theodoret. *δια το πληρουν τα προσηκοντα.* Hor. Epiſt. 1, 1. 16. 52. *Oderunt peccare boni virtutis amore. Tu nil admittes in te formidine poenae.* De voce *συνειδησεως* vid. 2, 15.

6. Vectigalia et tributa Romanis ſoluere inprimis detrectabant Iudaei, cum hoc ſua libertate inprimis indignum putarent, vnde ad *hanc* potiſſimum officiorum erga magiſtratus partem tranſit Ap.

cf.

τελεῖτε· λειτουργοὶ γὰρ Θεοῦ εἰσιν, εἰς αὐτὸ τοῦτο

22. *Tu quidem perſuades tibi, permitti religione Chriſti cuiuslibet cibi potusque vſum: ſe vtere hac fide tua. Beatum illum, qui non exprobrat ſibi ipſe, id quod ſemel probauerat. Qui vero haeſitat ad-*[...]*c, is, ſi tamen ederit, poenas meretur, quia fide deſtituitur. Quicquid enim tu egeris, ſi fide deſtituaris, peccas.* [...]στις etiam hoc loco non ſimpliciter πληροφοριαν cer-[...]m de eo quod recte agas perſuaſionem intelligo, ſed ad Chriſti doctrinam, quae primariam hominis Chriſtiani virtutem in *fide*, h. *obſequio meritis promiſſis praeceptisque Chriſti praeſtando* ponit, refero; etſi de ea potiſſimum eius parte, quae *fiducia in merito Chriſti* cernitur (quam inprimis πιστιν Paullo dici in hac ipſa epiſtola ſaepius vidimus) h. l. ſermonem eſſe non poſſe, per ſe apparet. Sententiam verſione expreſſam vide ad initium v. συ πιστιν εχεις ſiue poſueris poſt haec verba *ſignum interrogandi* cum Millio et Bengelio; ſiue *colon* cum plerisque editoribus (pro ει συ πιστιν εχεις) ſenſus non mutatur. κατα σεαυτον εχε. l. *tuo commodo vtere hac fide tua* (*behalt ihn für dich*, non ſuperbias ea in detrimentum aliorum infirmiorum.) l. *cum ſolus es, cum alium teſtem non habes quem offendas*, (κατα σεαυτον *ſeorſim* ſolus Iac. 2, 17.) *tunc vtere.* 1 Cor. 14, 28. Heliodor. VII, 16. εχεμυθει και κατα σεαυτον εχε, και μηδεν φραζε. *Epict.* Arrian. IV, 8. επι πολυ επει-

23 μὴ κρίνων ἑαυτὸν ἐν ᾧ δοκιμάζει· ὁ δὲ διακρινό-
μενος, ἐὰν φάγῃ, κατακέκριται, ὅτι οὐκ ἐκ πί-
στεως· πᾶν δὲ ὃ οὐκ ἐκ πίστεως, ἁμαρτία ἐστί

XV. Ὀφείλομεν δὲ ἡμεῖς οἱ δυνατοὶ τὰ ἀσθενήματα
τῶν ἀδυνάτων βαστάζειν, καὶ μὴ ἑαυτοῖς ἀρέ-
σκει

επειρωμην λανθανειν φιλοσοφων· και ην μοι τουτο ωφελιμον. πρωτον μεν γαρ ηδειν, ὁσα καλως εποιουν, ὁτι ου δια τους θεατας εποιουν, αλλα δι' εμαυτον. ησθιον εμαυτῳ, καλως κατεσταλμενον ειχον το βλεμμα, το περιπατον· παντα εμοι και θεῳ. *M. Anton.* VII, 58. μονον προσεχε και θελε καλος ειναι σεαυτῳ. ενωπιον θεου לפני יהוה, sollennis formula scriptorum hebraicorum, qua ad *pietatem erga deum* quaevis hominum officia referuntur. *nutze ihn fromm für dich*, h. *ita, vt ne sis offensioni aliis.* Possit etiam κατα σεαυτον ad εχεις referri. *Tu tibi fidem habes, habe coram deo* h. *vtere ea pie.* μακαριος ὁ μη κρινων — δοκιμαζει. Sententiam eandem vide 1 Io. 3, 21. κρινειν i. q. κατακρινειν h. *sibi exprobrare aliquid.* δοκιμαζειν *probare, rectum iudicare* aliquid; alio sensu legebatur 2, 18. 12, 3. εν ᾧ δοκιμ. pro εν εκεινῳ ὁ δοκ.

23. ὁ διακρινομενος sc. ει καλον εστι φαγειν. κατακεκριται *dignus est qui condemnetur, poenas diuinas luat* cf. de hac praeteriti passiui significatio-
ne ad Gal. 2, 11. Theodoret
ὁ δε μετα τινος διακρισεως εσ-
θιων καθ' ἑαυτου την ψηφο-
φερει. ὁτι ουκ εκ πιστεως s-
φαγει. παν δε ὁ ουκ εκ π. s-
εστι, γινεται. cf. Iudaeorum
sententiam similem hanc: :
כלל הגדול בתורה כל דבר
שאינך יודע אם הוא מותר
או אסור עליך אסור. *Hic e-
magnus Canon legis: Qui-
quid vtrum licitum sit an ill-
citum tu nescis, id tibi illic-
tum est.* [Locus de morali-
tate, quam subiectiuam dicunt
facile princeps. Πιστις e-
persuasio de iis, quae bon-
vel mala esse videntur se-
cundum praecepta religionis
Hanc autem apud nonnullo-
argumentis idoneis destitutam
fuisse, alio loco docet aposto-
lus 1 Cor. VIII, 7.].

Cap. XV. a superiori mal-
seiunctum, de Capitis XVI
verss. 25-27. in hunc locum
traiectis vid. ad finem ep.
cum v. 22. arctissime sic co-
haeret: *Vti quidem quisqu-
potest suo iudicio suaque fide
enimuero indulgendum etiam
est aliorum imbecillitati, n-
peccand*

σκειν. ' ἕκαστος ἡμῶν τῷ πλησίον ἀρεσκέτω εἰς 2 τὸ

VARIAE LECTIONES.

2. γαρ (quod in edd. *vulg.* poſt εκαστος legitur) deeſt in Codd. A. C. D. E. F. G. 1 — 12. 14. 17 — 21. 23. 26. 28 — 32. 35. 37 — 39. 41 — 48. 52. 54. 55. *Apoſt.* 2. Edd. *Complut. Beng.* Griesb. Verſſ. *Copt. Syr. poſt. Vulg. clar. germ. Chrys. Baſil. Theodor. Damaſc. Oecum. Theoph. Ruff. Pelag. Ambroſiaſt. Aug. Hier.* probb. *Grotio, Millio, Beza, Wetſtenio.* δε pro γαρ legunt Cod. 11. *alii,* teſte *Erasm.* Verſ. *Syra, Erpen.*

ibid. ὑμων pro ἡμων leg. Codd. *F. G.* 4. 26. 28. 31. 37. 38. 39. 3. 45. 48. 52. 55. Edd. *Complut. Genev.* Verſ. *Vulg. Baſil. Damaſc. Ruff.* prob. *Millio.*

eccandi occaſio et incitamentum iis a nobis ſuppeditetur. cf. Gal. 6, 1. οἱ δυνατοι h. *intelligentiores* οἱ πιστιν εχοντες 4, 22. (cf. δυνατος εν λογῳ Luc. 24, 29. Act. 7, 22.) vt δυνατοι *imperitiores ideoque e quauis re ſitne honeſta an turpis,* διακρινομενοι. 14, 3. De propria αδυνατου ſignificatione (vel *corpore imbecillus* vel *inops*) vide loca ap. Wetſt. ασθενηματα h. *opiniones falſae.* βασταζειν ασθενηματα *leniter ferre hallucinationes aliorum* h. ſecundum huius loci contextum, *ita ſe illorum opinionibus accommodare, vt quicquid illi praue fieri putant, iis praeſentibus non faciamus, ne noſtro exemplo ad idem agendum impellantur.* cf. quae Ap. in hanc ipſam rem de ſe ipſo narrat 1 Cor. 9, 22. εγενομην τοις ασθενεσι ὡς ασθενης - τοις πασι γονα τα παντα. και μη ἑαυτοις αρεσκειν (μη αυθαδη ειναι) *non ſibi ex qualibet re gloriolam captare, ſed aliorum honori et vtilitati conſulere.* cf. inprimis 1 Cor. 10, 33. μη ζητειν, σκοπειν, τα ἑαυτων Phil. 2, 4. αρεσκειν i. q. ζητειν αρεσκειν cf. ad Gal. 1, 10. Plato Protag. εγνων ὁτι ουκ ηρεσεν αυτος ἑαυτῳ ταις αποκρισεσι ταις εμπροσθεν. ad *Aeſchyl.* Prometh. 186. παρ' ἑαυτῳ δικαιον εχων ζευς *Schol.* παντα δικαιως οιομενος ποιειν, αυτος ἑαυτῳ αρεσκων και δικαιον νομιζων ειναι ὁπερ αν βουληται πραττειν. Iuuen. X, 41. *Et ſibi conſul ne placeat, curru ſeruus portatur eodem.*

2. αρεσκετω, ζητειτω αρεσκειν. τῳ πλησιον, ἑτερῳ *Einer ſey gefällig gegen den andren.* Quod tamen ſtudium placendi aliis, ne in *abiectam adulatoris leuitatem et impietatem* degeneret, addit Ap. εις το αγαθον, προς οικοδομην *ſi quidem eius virtuti et vtilitati*

3 τὸ ἀγαθὸν πρὸς οἰκοδομήν· καὶ γὰρ ὁ Χριστὸς
οὐχ ἑαυτῷ ἤρεσεν, ἀλλὰ, καθὼς γέγραπται·
"Οἱ ὀνειδισμοὶ τῶν ὀνειδιζόντων σὲ, ἐπέπεσον ἐπ'
4 ἐμέ." ὅσα γὰρ προεγράφη, εἰς τὴν ἡμετέραν δι-
δασκα-

tati vere inferuire poffis. Si poft αγαθον comma ponatur, vtraque formula fere eft fynonyma: *fi res honefta fi vtilis alteri fuerit.* Poffunt vero etiam iungi inuicem προς οικοδομην εις το αγαθον *vt recti honeftique ftudium in eo excitetur magisque augeatur.* προς οικοδομην i. q. προς τον καταρτισμον vid. ad 14, 19.) fc. αυτου quod eft fubaudiendum vt 8, 28. 13, 4. αγαθον vel *honeftum* vel *vtile.* [εις αγαθον לטוב, in rebus ad religionem pertinentibus quiuis ita fe gerat, vt emendationem aliorum promoueat XIV, 16].

3. *Neque enim Chriftus fibi fuaeque inter homines gloriae et honori vixit, imo vero atrocifſimas adeo iniurias ab hominibus pertulit* (cf. Io. 8, 50. 10, 15.) *in quibus quidem perferendis etiam nos fequi debemus exempla tum Ipfius* (1 Petr. 2, 21.) *tum prophetarum V. T. quos eadem expertos faepius fuiffe legimus.* αλλα — — Sententiam, quam fuis verbis exprimere potuiffet, ονειδισμους ανθρωπων υπεμενε, maluit loco V. T. declarare, quo vir pius de iniuriis atrociffimis propter hanc ipfam in Deum pietatem fibi ab hoftibus illatis conqueritur. (cf. loc. fimilem v. 21.) Locus eft Pf. 69, 10. quem quidem Pfalmum *in fuo contextu et ex confilio auctoris* de *Meffia* agere, probari non poteft; etfi *varias eiusdem fententias*, fecundum communem Iudaeorum vbique in V. T. Meffiae naturam virtutes fata defcripta reperiundi confuetudinem, etiam ab Apoftolis *ad Iefu Chrifti vitam* translatas effe, non dubitatur cf. Matth. 27, 39. 40. 41. 42 Io. 2, 17. forte etiam 19, 28 Caeterum hoc ipfo loco carminis veteris fententiam *accommodari* magis, quam *expreffum de Chrifti calamitatibus vaticinium ei ineffe declarari*, ex v. 4, quo idem locu ad *Chriftianos quoslibet* transfertur, luculenter apparet Verba ipfa accurate confentiunt cum Verf. Graeca e textu hebr. חרפות חרפיך נפלו עלי *Impiorum hominum iniurias perfero.* [αλλα fc. ουτω διεπραξατο fed in vita fua vbicunque fe ita geffit, vt maluiffet inimicorum Dei inuidiam fubire, quam ab offici tramite recedere].

4. *Was nun in jenen früheren Offenbarungen gefchriebe*

δασκαλίαν προεγράφη, ἵνα διὰ τῆς ὑπομονῆς, καὶ
διὰ τῆς παρακλήσεως τῶν γραφῶν, τὴν ἐλπίδα
ἔχωμεν. ὁ δὲ Θεὸς τῆς ὑπομονῆς καὶ τῆς παρα- 5
κλήσεως δῴη ὑμῖν τὸ αὐτὸ φρονεῖν ἐν ἀλλήλοις

κατὰ

VARIAE LECTIONES.

4. δια ante της παρακλησεως a Bengelio in textum receptum (cum desit in edd. vulgg.) legunt Codd. *A. C.* 1. 29. 30. 34. 36. 38. 39. 41. 43. 47. Ed. *Complut. Genev. clar. Theodoretus* in Dan. 11, 49.

ben *fteht*, *mufs von uns als uns felbft gefchriebener Unterricht angefehen werden.* γαρ particula transeundi pro ουν. ἱνα-εχωμεν, facilius των γραφων ad παρακλησιν quam ad ελπιδα refertur (nifi της παρακλησεως ελπιδα inuicem iungenda putaris *fpem folatii in S. literis propofiti*). Vtrum vero etiam ad ὑπομονης referendum fit, multo eft incertius (δια της ὑπομονης γραφ. *per exempla patientiae et conftantiae in S. S. propofita* Chryf. ταυτα γαρ αλληλων κατασκευαστικα· ἡ ὑπομονη της ελπιδος ἡ ελπις της ὑπομονης. ἅπερ αμφοτερα απο των γραφων γινεται). improbabilius etiam ex meo fenfu, maxime, si δια ante της παρακλησεως genuinum iudicatur vid. v. l. ελπιδα εχειν l. *in fpe qua deo addicti fumus, perfeuerare*, l. *fpe nobis propofita* (h. *felicitate ipfa promiffa* ελπιδα h. ευδαιμονιαν ελπιζομενην Gal. 5, 5.) *potiri* (εχωμεν, κατεχωμεν). Sentantia haec: *vt inter mala quae ferimus, et inter folatia quae nobis praeftat S. S. fpem fiduciamque in Deo conftanter feruemus*, vel ex altera ratione, *vt felicitate, quam adhuc fperamus, olim potiamur.* [Nobis quidem verborum feries ita nectenda effe videtur: ἱνα ὑπομενοντες και δια των γραφων παρακεκλημενοι την ελπιδα της σωτηριας εχωμεν· vt aliorum iniurias muffitantes et fcripturae praecepta fequentes fpem fempiternae felicitatis teneamus].

5 feq. Cum in mutua Chriftianorum concordia mutuoque amore infigne aliquod iniuriarum aliunde illatarum leuamen deprehenderet Apoftolus, ad *hanc* inprimis colendam nunc eos cohortatur. Θεος της ὑπομ. deus *qui folus fua vi* (εν δυναμει πν. αγ. v. 13.) *conftantiam fidei virtutisque etiam inter atrociffimas calamitates in animis humanis efficere poteft*; np. per *ipfa illa religionis folatia in S. S. nobis propofita.* Θεος της παρακλησεως.

6 κατὰ Χριστὸν Ἰησοῦν. ἵνα ὁμοθυμαδὸν ἐν ἑνὶ
στόματι δοξάζητε τὸν Θεὸν καὶ πατέρα τοῦ Κυ-
7 ρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Διὸ προσλαμβάνεσθε
ἀλλήλους, καθὼς καὶ ὁ Χριστὸς προσελάβετο
ὑμᾶς

κλησεως. Similes formulae ſunt θεος της ελπιδος v. 13. θεος της ειρηνης 15, 33. 1 Th. 5, 23. δῴη pro δοίη. Diſputant Grammatici veteres, vtrum *optatiue*, an, quod frequentius eſt, tantum *ſubiunctiue* δῴη dicatur. *Phrynichus* p. 152. negat illud: *Thom. Aquin. Moſchopulus* et *Euſtathius* (in Il. π. p. 1059, 45.) affirmant. Loca vide ap. Wetſt. το αυτο φρονειν εν αλληλοις. *ne ſint* διχοστασιαι *inter vos; vnde rixae odia cumque his neceſſario coniuncta malorum immenſa ſeries in eccleſiam infertur.* κατα χριστον Ιησουν vel ad αλληλους referri poteſt pro αλληλοις τοις κατα χριστον, (εν Χριστῳ) *erga vos inuicem, qui quidem omnes ad Ieſum Chriſtum pertinetis; gegen einander als Chriſten.* l. ad το αυτο φρονειν *ſecundum praecepta et exemplum Chriſti.* [l. εν τοις κατα Χ. I. in rebus ad religionem Chriſti ſpectantibus].

6. *Vt iisdem animi ſenſibus eademque oris profeſſione* (δοξολογιαις np. et λιτανειαις publice in eccleſia recitari et decantari ſolitis) *celebretis deum,* δοξαζητε cf. Io. 15, 8. 1 Cor. 6, 20. ὁμοθυμαδον Act. 2, 46. coll. 4, 32. Lexic. in Iobum Mſ. ap. Wetſt. ὁμοθυμαδον, ὁμου, ὁμοψυχως, επι το αυτο. Demoſth. Philipp. IV. ἐαν ὑμεις ὁμοθυμαδον εκ μιας γνωμης Φιλιππον αμυνεισθε. τον θεον κ. πατερα Κ. ἡμ. I. X. dupliciter verti poteſt l. *Deum, qui idem pater eſt Domini noſtri I. C.* l. *Deum Domini noſtri Ieſu C. eundemque eius patrem;* etiam hoc apte ad doctrinam Paulli aliis locis propoſitam cf. Eph. 1, 17. (adde Io. 20, 17.) vt idem Deus dicitur alias θεος και πατηρ ἡμων Galat. 1, 4. (itemque Io. 20, 17.) "Duplicem cum „Deo et patre neceſſitudinem „habet Chriſtus prae nobis; „duplicem nos quoque per „Chriſtum. Io. 20, 17." Bengel. Eadem formula legitur 2 Cor. 1, 3. 11, 31. Eph. 1, 3. Col. 1, 3. 1 Petr. 1, 3.

7. Ipſe animorum conſenſus declarari poterat inprimis eo, ſi *Ethnico-Chriſtiani* a *Iudaeo-Chriſtianis*, et *hi* rurſus a *Chriſtianis e gentibus* omni modo adiuuarentur ſubleuarenturque. Ad haec duo enim

ὑμᾶς εἰς δόξαν Θεοῦ. λέγω δὲ, Ἰησοῦν Χριστὸν 8
διάκονον γεγενῆσθαι περιτομῆς ὑπὲρ ἀληθείας
Θεοῦ, εἰς τὸ βεβαιῶσαι τὰς ἐπαγγελίας τῶν πα-
τέρων·

VARIAE LECTIONES.

7. ὑμας (pro quo vulgg. edd. habent ἡμας) legunt Codd. *A. C. D.* ex emend. *E. F. G.* 1. 21. 23. 29. 30. 37. 38. 39. 43. 52. 61. *Apoſt.* 2. Edd. *Compl. Genev. Griesb.* Verſſ. *Syr.* vtr. *Arr. Copt. Goth. Vulg. germ. boerner. harl. Chrys. Ruff. Ambroſiaſt. Pelag. Sedul. Beda.* prob. *Millio.*

8. γαρ pro δε legunt Codd. *A. C. D. E. F. G.* 5. 6. 19. Verſ. *Vulg. clar. germ. boerner. Goth. Cyr. Ruffin. Ambroſiaſt.* prob. *Millio* et fere *Griesbachio.*

ibid. Ιησουν omittunt Codd. *A. C.* Verſ. *Copt. Aeth. Vulg. mſ. Chrys. Cyr. Epiph. Damaſc.* Poſt χριστον ponunt 1. 4. 26. 37. 46. 47. Verſ. *Goth. Vulg. Chrys. Theodoret. Oecum. Theoph.* probante *Bengelio* in Gnomone. Idem tamen in diuerſo hoc nominum ſitu male argutatur; cum iisdem locis ſaepe vterque appareat vid. v. 5. 6. Gal. 2, 16. 1 Tim. 1, 15. 16. 6, 13. 14. 2. Tim. 1, 9. 10.

enim Chriſtianorum genera inprimis το προσλαμβαν. αλληλους referendum eſſe ex v. 8. 9. coniicio. προσλαμβ. αλληλους *iuuate et ſubleuate vos inuicem vt fratres; neutra pars alteram ſuo conſortio excludat indignamque ſalute per Meſſiam obtinenda iudicet.* De vi verbi προσλαμβ. vide ad 12, 1. υμας (vid. v. l.) *vos omnes e Iudaeis et gentibus Chriſtianos.* προσελαβετο *in ſuam amicitiam ſuumque fauorem vos recepit. wie Chriſtus ſich euer angenommen hat.* εις δοξαν θεου iungi poteſt *vel* ſuperiori προσλαμβανεσθε αλληλ. (*amate vos inuicem vt ex hoc ipſo mutuo amore veſtro laudes in Deum redundent*) vel proxime praecedenti: προσελαβετο υμας quod praefero pr. v. 8. et 9. *quo modo* enim Ieſus Chriſtus recipiendis in ſuum fauorem Iudaeis et gentibus *honori et gloriae dei inſeruierit*, his ipſis vv. declaratur.

8. *Iudaeos nimirum in regni ſui ſocietatem adſciuit Chriſtus, vt promiſſis ſtare deum; Ethnicos vero, vt benigniſſimum eundem eſſe, appareret;* vtrumque factum εις δοξαν θεου. λεγω δε formula transeundi, qua, quid ſit illud

εις

9 τέρων· τὰ δὲ ἔθνη ὑπὲρ ἐλέους δοξάσαι τὸν
Θεὸν, καθὼς γέγραπται· “διὰ τοῦτο ἐξομολογή-
σομαί σοι ἐν ἔθνεσι, καὶ τῷ ὀνόματί σου ψαλῶ.”
10 καὶ πάλιν λέγει· “εὐφράνθητε ἔθνη, μετὰ τοῦ
11 λαοῦ αὐτοῦ.” καὶ πάλιν· “αἰνεῖτε τὸν Κύριον
πάντα τὰ ἔθνη, καὶ ἐπαινέσατε αὐτὸν πάντες οἱ
12 λαοί.” καὶ πάλιν Ἡσαΐας λέγει· “ἔσται ἡ ῥίζα
τοῦ

εις δοξαν θεου, distinctius illustrari indicatur. i. q. δηλονοτι. δε pro γαρ nisi ipsum γαρ genuinum in textu putaueris. vid. v. l. Ιησουν χ. διακονον γεγενησθαι περιτομης i. q. προσλαβεσθαι την περιτομην (Ιουδαιους vid. ad 3, 30. h. l. forte εμφατικοτερως dictum: *ii, qui a gentibus per contemtum hoc nomine traducuntur*) maluit vero Ap. vti formula priori, quia sensu maxime proprio, dum in terris viueret Iesus, ΔΙΑΚΟΝΟΥ et ΔΟΥΛΟΥ, non DOMINI personam prae se tulerat: ουκ ηλθε διακονηθηναι αλλα διακονησαι Matth. 20, 28. cf. etiam Io. 13, 14. Phil. 2, 7. De sententia ipsa cf. Matth. 15, 24. υπερ της αληθειας θεου h. εν τω συνισταναι την αληθειαν h. πιστιν *fidem Dei in promissis seruandis.* εις το βεβαιωσαι πατερων clarius explicantur, quae obscurius latebant in his υπερ της αληθ. θεου. επαγγελ. πατερων pro δοθεισαι παρα θεου πατρασι sc. *Iudaeorum*, ad quos inprimis vaticinia de Messia pertinebant. βεβαιουν τας επαγγελιας *facere id, quod facturum aliquando se esse promiserat Deus.* Polyb. III. p. 364. θεων γαρ βουλομενων οσον ουπω βεβαιωσειν ἡμιν πεπεισμαι τας επαγγελιας. cf. Gal. 3, 17. [διακονον-θεου h. e. κηρυκα γεγονεναι του λογου του θεου εν τοις περιτμημενοις l. αμυνομενος αληθειαν θεου: Christus primum inseruiit Iudaeorum commodis ad vindicandam Dei veracitatem, videlicet stabiliturus promissiones patribus factas].

9-12. τα δε εθνη (sc. λεγω) — θεον. Est anacoluthon orationis, quae, si summam in scribendo ακριβειαν sequi voluisset Ap., hoc ordine procedere debuisset των δε εθνων διακονους ειναι ἡμας υπερ ελεους θεου, εις το δοξασαι αυτους την χαριν του θεου de sententia vid. 11, 31. 32. Megilla fol. 14, 1. *Ex quo tempore Israelitae terram promissam ingressi sunt, nemo gentilium*

τοῦ Ἰεσσαὶ, καὶ ὁ ἀνιστάμενος ἄρχειν ἐθνῶν·
"ἐπ' αὐτῷ ἔθνη ἐλπιοῦσιν." ὁ δὲ Θεὸς τῆς ἐλ- 13
πίδος πληρῶσαι ὑμᾶς πάσης χαρᾶς καὶ εἰρήνης ἐν
τῷ πιστεύειν, εἰς τὸ περισσεύειν ὑμᾶς ἐν τῇ ἐλ-
πίδι, ἐν δυνάμει πνεύματος ἁγίου.

Πέπεισμαι

lium iure Deo canticum canere potuit. Poſtquam vero in captiuitatem abducti ſunt, tunc denuo חזרו להכשירן *coeperunt ius habere ad glorificandum Deum.* Hanc vero ipſam Dei benignitatem olim in gentes exſtituram eſſe *ab ipſis V. T. prophetis diu praedictam* declarat, vt omnem a ſententia ipſa inuidiam, etiam hoc loco remoueat. Locus primus δια τουτω - ψαλω eſt Pſalmi 18, 50. citatus ſecundum Verſ. Graecam (omiſſo tamen Κυριε poſt εθνεσι), quae eadem preſſe ſequitur textum hebr. Locus alter ευφρανθ.- αυτου Deut. 32, 43. ſecundum LXX. contra textum hebr. qui legit הרנינו גוים עמו (LXX. leg. עם עמו vel, vt *Kennicotti*, Viri Celeberrimi et de inſtauratione codicis hebraei optime meriti, Cod. 146. forte etiam 507. legit את עמו) *celebrate o gentes, populum eius.* Tertius locus αινειτε — οι λαοι Pſ. 117, 1. ſequitur textum graecum conſentientem cum hebraeo. Quartus denique εσται ἡ ῥιζα (*ſtirps* Apoc. 5, 5. 22, 16.) — ελπιουσιν Eſ. 11, 10. preſſe ſequitur verſionem Graecam, non conſulto, vt videtur, textu hebraeo והיה שרש ישי אשר עמד לנס עמים אליו גוים ידרשו (Pro לנס Clerico legiſſe videtur interpres לנשיא, temere: commode enim לנס עמים potuit ſic interpretari αρχειν εθνων.) Tribus locis prioribus tantum continetur ſententia haec: *Iehouam*, vt verum Deum, gentibus etiam cognitum iri; ipſius *Meſſiae* veſtigia nulla in quoquam eorum apparent. Poſtremus vero *regem ex Iudaeis naſciturum, Dauidem alterum* (hoc enim eſt שרש ישי ſtirps *Iſai* non שרש דויד) promittit, *cui parebunt etiam gentes non-Iudaicae.* και παλιν *et rurſus alio loco.* hebr. וישב ויאמר cf. Gen. 26, 18. 30. 31. Matth. 4, 7.

13. Vt igitur etiam hi e gentibus Chriſtiani in hac ſua felicitatis ſpe, quam ipſa S. S. loca iam dudum iis vindicauerant, ſeruentur et confirmentur, ſupplex tandem deum veneratur Apoſtolus. Sic enim arcte extremae v. 12mi ſententiae επ' αυτω εθνη ελπιουσιν iungendum hunc verſum

14 Πέπεισμαι δὲ, ἀδελφοί μου, καὶ αὐτὸς ἐγὼ περὶ ὑμῶν, ὅτι καὶ αὐτοὶ μεστοί ἐστε ἀγαθωσύνης, πεπληρωμένοι πάσης γνώσεως, δυνάμενοι καὶ ἀλλήλους

VARIAE LECTIONES.

14. Pro αλληλους legunt αλλους Codd. 1. 2. 4. 6. 10. 14. 15. 17. 18. 20. 23. 29 — 32. 35 — 38. 43. 46. 48. 52. 54. 62. 63. 66. a. pr. m. Edd, *Compl. Genev. Erasm.* 1. *Ald. Plant.* Verf. *Syr. Chrys. Damasc. Theodoret. Euthal. Theophyl. Oecum. Ruff.* probb. *Grotio, Beza, Wetst. Griesb.*

ſum cenſeo. θεος της ελπιδος *deus, a quo felicitas. quam ſperatis, iusque eam exſpectandi vobis traditum, vnice pendet* cf. ad v. 5. πληρωσαι ὑμας χαρας και ειρηνης εν τω πιστευειν *in amplectenda et profitenda religione ſecuros ab omni malo felices beatosque vos reddat.* ειρηνη *vacuitas a malo, tranquillitas, ſecuritas.* χαρα *ipſa laetandi de eo, quod Chriſtianus ſis, materies.* εις το περισσ. ελπιδι pro εις το περισσοτερως (h. βεβαιοτερως) ελπιζειν. εν δυναμει πν. ἁγιου, *auxiliante vobis ſpiritu diuino.*

14. Cum non tantum proxime ſuperiora, ſed maxima etiam totius Epiſtolae pars ſcripta eſſet eo potiſſimum conſilio, *vt Iudaeo-Chriſtiani ad amandos diligendosque e gentibus fratres* excitarentur compellerenturque, excuſat nunc tandem Ap. ſub finem Epiſtolae, eam, qua in hoc loco tractando vſus fuerat, libertatem et tanquam audaciam, ipſa *officii ſui, diuinitus ſibi mandati* ſanctitate, qua *gentibus* inprimis inſervire, *earumque* cauſam omni modo et ratione Chriſtianis e Iudaeis commendare teneatur. Quae quidem ſententia iterum occaſionem dat Apoſtolo, ſuis de ethnicorum hominum conuerſione meritis paullulum immorari, quidque porro ad vlterius inter has easdem gentes propagandam hanc Chriſti doctrinam agere conſtituerit, declarare v. 16. ſeq. δε *caeterum.* αδελφοι non video, cur etiam hic tantum *eccleſiae presbyteri,* non *omnes omnino Chriſtiani* intelligi debeant; cum αγαθωσυνη et γνωσις commode ad omnes referri poſſit. και αυτοι h. *ſponte veſtra, etiamſi ego vos non admonerem.* Homer. τι με σπευδοντα και αυτον οτρυνεις. μεστος vid. ad 1, 29. αγαθωσυνη l. *benignitas* (Gal. 5, 22.) vel *virtus, probitas vniuerſa.* Phauorinus αγαθωσυνη,

ἀλλήλους νουθετεῖν. τολμηρότερον δὲ ἔγραψα 15
ὑμῖν, ἀδελφοὶ, ἀπὸ μέρους, ὡς ἐπαναμιμνήσκων
ὑμᾶς, διὰ τὴν χάριν τὴν δοθεῖσάν μοι ὑπὸ τοῦ
Θεοῦ, εἰς τὸ εἶναί με λειτουργὸν Ἰησοῦ Χριστοῦ 16
εἰς τὰ ἔθνη, ἱερουργοῦντα τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Θεοῦ,
ἵνα

συνη, απηρτισμενη αρετη. cf. Eph. 5, 9. *Ich selber bin nun freylich von euren sehr guten Gesinnungen ganz überzeugt, wie von euren grosſen Einsichten, daſs ihr also im Stande seyd, auch euch selbst einander zum guten zu bilden.* πασα γνωσις *insignis quaedam rerum diuinarum intelligentia.* νουθετειν vid. ad 1 Th. 5, 12. add. Menander: ἅπαντες εσμεν εις το νουθετειν σοφοι, αυτοι δε αμαρτανοντες ου γινωσκομεν. Athenaeus: κολαζειν δε εν δικη δουλους δει, και μη νουθετουντα ὡς ελευθερους θρυπτεσθαι ποιειν. Dio LV. τους μεν δει λογοις νουθετειν, τους δε απειλαις σωφρονιζειν. πεπεισμαι περι ὑμων, frequens Apoſtolo cohortationis emolliendae modus cf. 2 Tim. 1, 5. Hebr. 6, 9. [Confer eandem ſententiam, licet aliis verbis expreſſam 1 Theſſ. IV, 9. et 1 Ioh. II, 20-27. Proprium enim erat nouae religioni, adflatum ſpiritus ſancti non cum apoſtolis ſolum, ſed cum aliis etiam qualibuscunque communicare, qui veritati coeleſti ex animo ſtudebant.]

15. *Scripſi tamen ad vos, et quidem ex parte aliquanto liberius, vt, quae ipſi optime noſtis, in mentem vobis reuocarem. Hac enim eſt vis muneris mei, diuinitus mihi demandati, vt quantum poſſim gentibus inſeruiam.* απο μερους (pro το κατα μερος, *ex parte, aliquatenus* cf. 2, 17. 24. 11, 25. 15, 24. 1 Cor. 13, 9. 2 Cor. 1, 14. 2, 5.) vel ad εγραψα (*in nonnullis Epiſtolae locis*) vel ad τολμηροτερον ref. *paullo (aliquantulum) liberius.* Senſus vtrinque idem. ὡς επαναμιμνησκων pro ὥστε επαναμιμνησκειν. Demoſth. Philipp. in fin. εκαστον ὑμων καιπερ ακριβως ειδοτα ὁμως επαναμνησαι βουλομαι. 2 Petr. 1, 12. 13. δια την χαριν — εις το ειναι κ. τ. λ. Sunt haec arcte iungenda nec verſuum interſtitiis inuicem diuellenda, pro: διοτι ηξιωσε με ὁ Θεος του ειναι. — — —

16. Sententia ſimplex haec eſt: *vt in gentibus inprimis ad Chriſtum conuertendis omnem meam operam collocarem.* Haec ipſa vero ſententia formu-

ἵνα γένηται ἡ προσφορὰ τῶν ἐθνῶν εὐπρόσδεκτος,
17 ἡγιασμένη ἐν πνεύματι ἁγίῳ. ἔχω οὖν καύχη-
18 σιν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τὰ πρὸς τὸν Θεόν· οὐ γὰρ
τολμήσω

formulis e re facra Iudaeorum repetitis, expreffa eft, quo magis inde muneris Apoftolici dignitas grauitasque Iudaeis inprimis elucefceret. Non igitur διακονον fe appellat, fed λειτουργον (*miniftrum facrum, facerdotem;* quae eft του λειτουργειν deriuatorumque inde nominum perpetua in Verf. Graec. V. T. fignificatio. Deut. 10, 8. add. Act. 13, 2. Philipp. 2, 17. Hebr. 10, 11.) nec munus fuum dicit effe κηρυσσειν fed ἱερουργειν (Hefych. ἱερουργει, θυει, ἱερα εργαζεται. ἱερουργουντα, προσφεροντα θυσιαν) το ευαγγελιον θεου *facerdotis munere in tradenda Dei religione fungi* (cf. Bafil. Caefar. in Pf. 115, p. 320. ἱερουργησω σοι την της αινεσεως θυσιαν) denique fructum laborum fuorum non ponit in eo, ἱνα επιστραφωσι τα εθνη εις θεον δια πν. ἁγιου fed in hoc: ἱνα γενηται προσφορα των εθνων ευπροσδεκτος ἡγιασμενη, (ἁγια, h. προσενεχθεισα τῳ θεῳ) εν πν. ἁγιῳ *vt ipfi offerentur Deo tanquam victima facra ei et accepta* (XII, 1). Quae tamen omnia cum vim nullam aliam habeant, nifi hanc, vt fententiam eam, quam propriis verbis fupra expreffam dedimus, grauius et ingenio hominum, facrificiorum pompae inter Iudaeos gentesque eo tempore follenni adfuetorum, accommodatius exprimant, a nobis apte ad noftrae aetatis rationem noftrorumque hominum ingenium formulis magis propriis mentemque Apoftoli magis perfpicue declarantibus erant immutanda.

17. *Habeo igitur, de quo glorier; quod veri facerdotis inftar, homines tanquam victimas deo facras Iefu Chrifto obtulerim h. ad diuinam Iefu Chrifti religionem cum eaque coniunctam felicitatem adduxerim.* καυχησις *materies gloriandi, fibi gratulandi.* τα προς τον θεον fc. προσενεχθεντα, i. q. προσφοραι, θυσιαι, *res deo confecratae et traditae.* Hebr. 2, 17. 5, 1. Ifocrates ad Demon. ευσεβει τα προς τους θεους. Tota formula τα προς τον θ. εν χριστῳ Ιησου (ita iungo haec inuicem, non εν χρ. I. ad εχω καυχησιν refero) plane confentit cum fuperiori, v. 16. το ειναι λειτουργον I. χριστου, ἱερουργουντα το ευαγγελιον του θεου.

18–19. Sententia bifariam intelligi poteft, vel: *numquam*

τολμήσω λαλεῖν τι ὧν οὐ κατειργάσατο Χριστὸς
δι' ἐμοῦ, εἰς ὑπακοὴν ἐθνῶν, λόγῳ καὶ ἔργῳ, ἐν
δυνάμει σημείων καὶ τεράτων, ἐν δυνάμει πνεύ- 19
ματος Θεοῦ· ὥστέ με ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ καὶ κύκλῳ
μέχρι τοῦ Ἰλλυρικοῦ πεπληρωκέναι τὸ εὐαγγέ-
λιον

quam enim eo arrogantiae procedam, vt glorier laboribus alienis pro religione Chriſti, non meis (ου δι εμου, αλλα δι αλλων Αποστολων) vel. vt ſit mera *veracitatis ſuae conteſtandae* formula: *non enim auderem quicquam dicere de meis in religionem meritis, quod non vere ita ſe habere ſciam; etſi non tam me ipſum quam Chriſtum per me id feciſſe mihi perſuadeo.* Quid praeferam, fere neſcio. Propter verſum tamen 20 et 21 magis inclino ad rationem priorem. Adde locum ſimilem 2 Cor. 10, 12. 14. Grotii vero ratio: *vix audeam eloqui, quam multa et magna fecerit Chriſtus meo ſtudio* (qua particula τι ου ex familiari loquendi vſu pro οσα μεν accipitur) ex meo ſenſu duriſſima videtur. λαλειν i. q. καυχασθαι. ὧν pro εκεινων, ἁ — εις ὑπακοην εθνων pro εις το ὑπακουειν (πιστευειν) τα εθνη τω ευαγγελιω. λογω και εργω ad κατειργασατο ref. *tum docendo tum res inauditas patrando* Act. 7, 22. Vtrumque genus comprehendi arbitror etiam v. 19. his: εν δυναμει - ἁγιου, ad λογον referens *poſterius* εν δυναμει πνευματος ἁγιου (cum haec *docendi peritia* inprimis ad πνευμα ἁγιον referri ſoleat. Io. 14, 26. 1 Cor. 12. 8. Phil. 1, 19. 2 Cor. 4, 13.) ad εργον *prius* εν δυναμει σημειων και τερατων. cf. Matth. 24, 24. Io. 4, 48. Act. 2, 43. 4, 30. 5, 12. 7, 36. 15, 3. 2 Cor. 12, 12. *durch Wunderkraft und göttliche Erleuchtung.* σημεια και τερατα אותות ומופתים ſynonyma, *miracula et portenta.* [ου γαρ - εμου, locus ευφημως obſcurus hac ratione illuſtrandus eſſe videtur: εξεστι γαρ μετα παρρησιας λαλειν περι παντων, ὧν κατειργασατο Χριστος, licet enim libere commemorare omnia, quae Chriſtus meo miniſterio vtens inter gentes egerit, cum verbis, tum factis].

19. Fines regionum conſtituuntur, intra quos opera Apoſtoli in propaganda religione Chriſti concluſa hucusque fuerat: *Hieroſolyma* ab oriente, ab occidente *Illyricum.* Quod *Hieroſolymam* ſcripſit, cum vltra eam in Arabia

20 λιον τοῦ Χριστοῦ· οὕτω δὲ φιλοτιμούμενον εὐαγγελίζεσθαι, οὐχ ὅπου ὠνομάσθη Χριστὸς, ἵνα μὴ ἐπ'

VARIAE LECTIONES.

20. Pro ουχ όπου legunt όπου ουκ Codd. D. a. p. m. *F*. G. *Chrys*. temere vide not.

Arabia etiam degerit, ratio quaerenda videtur *tum* in vrbis celebritate, *tum* maxime in eo, quod ex Hierosolymis (Act. 2.) in omnem reliquarum terrarum orbem religionis Christi scientia prodiit atque dimanauit, ipseque Apostolus ecclesiae inprimis Hierosolymitanae rationem etiam inter gentes habere in se receperat Act. 9, 26. Gal. 2, 1-10. Reliquae vero, tum Palaestinenses, tum Syriacae, tum, Arabicae regiones, comprehenduntur formula και κυκλω cf. Act. 9, 20. 12, 25. 13, 1 Gal. 1, 17. μεχρι Ιλλυρικου. *Illyricum*, regio intra Pannoniam et Epirum iuxta tergum Adriatici maris procurrens. Eius vrbs extrema, Epiro et Macedoniae maxime vicina, Lissus. Distat Hierosolymis 26. gradibus h. milliaribus germanicis circiter. 350. Eius partem Dalmatiam attigit Paullus Macedoniam peragrans. Eodem Titum misit 2 Tim. 4, 10. πληρουν το ευαγγελιον singularis loquendi modus semel adhuc occurrens Col. 1, 25. (Reliqua, quae solent conferri, loca Act. 12, 25. πληρουν την διακονιαν. Act. 14, 26. πληρουν εργον sunt e genere longe alio) pro κηρυσσειν αυτο. Facillime explicatur ex hebr. גמר quod primum quidem est, *finire*, *consummare*, *implere*, deinde vero, maxime apud Chaldaeos, etiam *docere* cf. Deut. 6, 7. chald. paraphr. תגמרין לבנך *docebis filios tuos;* vnde etiam גְּמָרָה *doctrina Talmudica*. Vulgo accipitur pro παντοτε κηρυσσειν. (vt του: πληρωματος *multitudinis* notio seruetur.) *die Religion überall ausbreiten*, deficiente tamen, quantum scio, loquendi vsu. [De itinere Pauli Dalmatico ex actibus apostolorum vix constiterit. Macedonia enim, quam Act. XX, 1 sq. peragrasse dicitur apostolus, ab Illyria proprie sic dicta magno satis interuallo seiuncta est. Occurrunt autem plura in epistolis Paulinis, quae narrationibus in Lucae libro posteriori obuiis vix ac ne vix quidem conueniant.]

20. *Et ita quidem fungor hoc meo munere, vt honori mihi ducam, non tam confirmare in religione eos, qui iam traditam ab aliis eam acceperunt,*

ἐπ' ἀλλότριον θεμέλιον οἰκοδομῶ· ἀλλά, κα- 21
θὼς γέγραπται· "Οἷς οὐκ ἀνηγγέλη περὶ αὐτοῦ,
ὄψονται· καὶ οἱ οὐκ ἀκηκόασι, συνήσουσι·" Διὸ 22
καὶ

ceperunt, *sed homines eiusdem plcne imperitos eam docere.* φιλοτιμουμενον participium, vt iungatur ſententia verſui ſuperiori, pro tempore finito φιλοτιμουμαι γαρ. De verbo φιλοτιμεισθαι vid. ad 1 Th. 4, 11. adde Dion. Chrys. XIII. p. 227. το γαρ ζητειν και φιλοτιμεισθαι, ὁπως τις εσται καλος και αγαθος, ουκ αλλο τι ειναι η το φιλοσοφειν. Plura loca vid. ap. Wetſten. ουτω φιλοτ. pro εν τουτῳ φ. Caeterum ſententiam ipſam intelligendam eſſe non de eo, quod *ſemper*, ſed quod *plerumque* ab Apoſtolo fieri ſolebat (ουχ-αλλα *non tam - quam potius*) res ipſa poſtulat, cum multas eccleſias, etſi a ſe non conſtitutas (velut hanc ipſam Romanorum eccleſiam) tum ipſum adiiſſe, tum litteris in fide confirmaſſe certum ſit. cf. ſimilem locum 1 Cor. 1, 17. ουχ ὁπου male pro οὐπου ουκ poſitum exiſtimant; αλλα enim ſic redundaret. Potius ουχ - αλλα inuicem iungenda: *non locis iis, quibus — ſed* rell. cf. v. 3. ωνομασθη pro εκηρυχθη. Alii ονομαζειν vertunt *colere*, collatis, non tamen accurate, 2 Tim. 2, 19. Eph. 1, 21. Phil. 2, 9. ἱνα μη - οικοδομω *ne tantummodo in inſtitutione ab alio coepta pergendum mihi eſſet.* Io. 4, 33. 38. Similitudo *fundamenti* Apoſtolo ſollennis. 1 Cor. 3, 10. Eph. 2, 20. [Patet autem ex hoc loco, apoſtolos non in doctrina quidem ipſa, εν τροπῳ της παιδειας tamen a ſe inuicem diſceſſiſſe. Maluerunt diſcordes eſſe in formulis et concordes in vero, quam diſcordes in cardine nouae religionis et concordes in dogmaticis litterarum- ſenticulis].

21. *Sondern (ich mache es) wie es dort heiſt: denen nichts davon verkündet worden, die müſſens erfahren; die nichts gehört hatten, müſſens lernen.* cf. de hoc more Apoſtoli ſuam animi ſententiam verbis V. T. declarandi, ad v. 3. Locus eſt Eſ. 52, 15. (ex communi Iudaeorum interpretatione ad *Meſſiam* referendus) isque conſentiens accurate cum Verſ. Graeca. In textu hebraeo deeſt, quod reſpondeat τω: περι αυτου.

22. cf. 1, 13. διο h. *tum,* quia Romani iam aliunde acceperant doctrinam Chriſti, tum

καὶ ἐνεκοπτόμην τὰ πολλὰ τοῦ ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς.
23 νυνὶ δὲ μηκέτι τόπον ἔχων ἐν τοῖς κλίμασι τού-
τοις, ἐπιποθίαν δὲ ἔχων τοῦ ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς
24 ἀπὸ πολλῶν ἐτῶν, ὡς ἐὰν πορεύομαι εἰς τὴν
Σπανίαν,

tum quia illud ipſum Apoſtoli conſilium, tradendi eam, vbi nondum tradita erat, perpetuis laboribus diſtentum occupatumque eum tenebat. Et ad *hoc* quidem potiſſimum referendum eſſe διο, ex ενεκοπτομην et μηκετι τοπον εχων v. 23 apparet. ενεκοπτομην i. q. εκωλυθην 1, 13. vid. ad 1 Theſſ. 2, 18. Heſych. ενεποδιζομην τα πολλα, *multis modis*, vel etiam *ſaepius*.

23. μηκετι τοπον εχων vel ſubaudiendum ὁπου ουκ ωνομασθη χριστος *cum in his regionibus non amplius locus* (*celebriorem* intellige *vrbem*, vnde in *vicos minores minusque celebres* facile paullatim per ipſos maiorum ciuitatum doctores transferri poterat doctrina Apoſt.) *ſuperſit*, *qui mea inſtitutione indigeat;* vel τοπος de *opportunitate*, *occaſione* accipiendum ſc. *cum fructu in regionibus iſtis commorandi.* Multo durius alii: *cum non amplius in his regionibus commorari poſſim propter inſidias a Iudaeis ſtructas.* κλιματα proprie *partes terrae inter aequatorem et polos mediae, circulisque aequatori parallelis inuicem diſtinctaé;* tum omnino *regiones* 2 Cor. 11, 10. Gal. 1, 21. επιποθιαν (επιποθησιν 2 Cor. 7, 7. 11.) εχων του ελθειν προς ὑμ. απο πολλ. ετων. vid. 1, 11. Act. 19, 21. απο πολλων ετων *np.* ab eo tempore, quo per Aquilam et Priſcillam in Romanae eccleſiae notitiam venerat Apoſtolus Act. 18, 2. qui annus putatur Dionyſ. 48. a ſcriptae Epiſtolae tempore diſtans annis circiter *quatuor*. [Vereor, vt τοπος per ευκαιρια explicari queat: ſtudiis enim apoſtoli, de regno Chriſti bene merendi, patebat tota Graecia. Malim itaque poſt τοπον ſubaudire ασφαλη, propter pericula, quae Epheſi atque Corinthi manebant Paulum Act. XX, 3. Quocunque autem te vertas interpretando. poſt ετων non puncto, ſed commate interſtinguendum eſt propter ſequentem apodoſin in ελευσομαι].

24. ὡς εαν pro ὡς αν vt *primum*, *cum*. 1 Cor. 11, 34. *Cebes*. τι δει αυτους ποιειν, ὡς αν εισελθωσιν εις τον βιον. — ὁρᾳς ουν, ὡς αν παρελθης την πυλην ταυτην, ανωθεν αλλον περιβο-

Σπανίαν, = ἐλεύσομαι πρὸς ὑμᾶς:· ἐλπίζω = γάρ: διαπορευόμενος θεάσασθαι ὑμᾶς, καὶ ὑφ' ὑμῶν προπεμφθῆναι ἐκεῖ, ἐὰν ὑμῶν πρῶτον ἀπὸ μέρους ἐμπλησθῶ.

Νυνὶ

VARIAE LECTIONES.

24. ελευσομαι προς ὑμας deeſt in Codd. *A.* *C.* *D.* *E.* F. *G.* Ed. Griesbach. Verſſ. *Syr. Erp. Copt. Aeth. Vulg. clar. germ. boerner. harl. Chrys. Damaſc. Ruff. Pelag. Sedul. Beda.* γαρ poſt ελπιζω deeſt in iisdem codd. (excepto C.) Ed. Verſſ. *Chryſoſt. Ruffino* caeterisque latinis. Vtriusque omiſſionem probat Millius.

περιβολον. εις Σπανιαν (detracta ſyllaba prima pro Ἰσπανιαν. Legitur ſic in antiquis membranis Athenaei, apud Theophilum lib. 2 ad Autolycum; in Mſſ. Codd. Commentariorum Chrys. in Acta Ap. hom. 5. (εαν εις Σπανιαν ελθῃς) denique in antiquis Iuvenalis Scholiis (*Spana* veſtis pro *veſte hiſpana*) referente Caſaubono ad Athen. p. 574. Similiter Hebraei ſcriptt. אל ספנים) *prouinciam Romanam Iudaeis* (vt antiquiſſimo tempore *Phoenicibus*) *magnopere frequentatam, ideoque recipiendae etiam Chriſti religioni aptiſſimam.* Vere autem perfectum eſſe hoc Apoſtoli in Hiſpaniam iter, iure dubitatur, cum auctores rerum Christianarum grauiſſimi *Origenes* et *Euſebius* de ea re ſileant Euſeb. H. E. III, 3. τι δει περι Παυλου λεγειν απο Ἱερουσαλημ μεχρι του Ιλλυρικου πεπληρωκοτος το ευαγγελιον του Χριστου, και ὑστερον εν τῃ Ῥωμῃ επι Νερωνος μεμαρτυρηκοτος) nec vllum certum eius veſtigium in quoquam veteri monumento appareat. Loca Patrum, quae a nonnullis in eam ſententiam afferuntur, vel, vt hic ipſe noſter locus, *conſilium* tantum *itineris faciendi* narrant (velut: *Cyrillus Hieroſ.* Catech. XVII. p. 204. και τον ποτε διωκτην κηρυκα και δουλον αγαθον απειργασατο: απο Ἱεροσολυμων μεν, και μεχρι του Ιλλυρικου, πεπληρωκεναι το ευαγγελιον. κατηχησαντα δε και την Ῥωμην, και μεχρι Σπανιας ΤΗΝ ΠΡΟΘΥΜΙΑΝ του κηρυγματος εκτειναντα) vel *meram opinionem*, ſoli huic Paullino loco innixam, nec vlla alia ſide hiſtorica firmatam, continere videntur (v. c. *Athanaſius* ad Dracont. Ep. T. I. p. 956. και μη οκνει μηδε εις Ῥωμην απελθειν, μηδε εις Σπανιαν αναβηναι: *Hippolytus iunior* de XII Apoſtolis: p. 510 προηλθεν ἑως Ιλλυρικου και Ιταλιας

25 Νυνὶ δὲ πορεύομαι εἰς Ἱερουσαλὴμ, διακονῶν
26 τοῖς ἁγίοις. εὐδόκησαν γὰρ Μακεδονία καὶ Ἀχαΐα
κοινω-

και Σπανιας κηρυσσων το ευαγγελιον. adde *Clem. Rom.* ep. ad Corinth. Sect. 5. επι το τερμα της δυσεως ελθων και μαρτυρησας επι των ἡγουμενων απηλλαγη του κοσμου. Ex eodem genere sunt loca *Chrysostomi* Hom. VII in Paullum T. V. p. 555. et *Theodoreti* ad Philipp. 1, 25. et ad 2 Tim. 4, 17.) inscriptio vero apud *Scaligerum* de emend. temp. l. 5. p. 47, et *Gruterum* in Thesauro p. CCXXXVIII haec:

NERONI CAES.
AVG. PONT. MAX.
OB. PROVINC. LATRONIB.
ET. HIS. QVI. NOVAM.
GENERI. HVM. SVPER
STITION. INCVLCAB.
PVRGATAM.

his ipsis viris doctis suspecta videatur; vt taceam, de *Paullo* saltem, ecclesiae Hispanicae *auctore* et *conditore* ne verbum quidem etiam hoc ipso loco contineri. προπεμφθηναι ὑφ' ὑμων np. per Galliam, Italis optime cognitam. προπεμπειν τινα, *curare, vt quis secure et commode iter vlterius persequi possit.* Exempla eiusmodi comitatus, quo saepius deducebatur Paullus, vide Act. 15, 3. 17, 13. 15. 20 38. 21, 5. εαν - εμπλησθω *si primum vobis videndis amplectendisque me paullulum recreauero.* εμπλησθηναι subaud. της θεας, συνουσιας, χαρας vel simili voce. cf. Aelian H. An. V, c. 21. de pauonibus pennarum splendorem ostentantibus εσ ηαρ εμπλησθηναι της θεας το παρεστωτα. απο μερους, *non quantum vellem, sed quantum licebit;* Grot. [Totus locus docet, Paulum propter animum Iudaeorum cum Ephesiorum, tum Corinthiorum quam maxime sibi infensum Hierosolyma petiisse, breui postea nauigaturum Romam si fata siuissent. Idem tamen iter Hierosolymitanum longe alia mente, videlicet haud sine mortis praesentissimae metu susceptum esse ab apostolo, Lucas refert in actibus XX, 20-25. Incurrit autem in oculos, in hac relatione ornatui sermonis non nulla tribuenda esse].

25. Ne tamen citius, quam par erat, eum exspectarent, addit, *antequam in Hispaniam iter meditari possit, sibi ad eundum esse Hierosolyma* cf. Act. 21, 15-17. πορευομαι *iter accinctus sum.* διακονων τοις ἁγιοις *vt eleemosynis collectis subleuem Christianos* Act. 24, 17. 2 Cor. 9, 12. Act. 6, 1. 11, 29. ἁγιοις cf. Eph. 1, 1.

26. cf. Act. 19, 21 sq. Μακεδονια και Αχαια *ecclesiae Macedoniae et Achajae;*
qu

κοινωνίαν τινὰ ποιήσασθαι εἰς τοὺς πτωχοὺς τῶν
ἁγίων τῶν ἐν Ἱερουσαλήμ. εὐδόκησαν γὰρ, καὶ 27
ὀφειλέται αὐτῶν εἰσιν· εἰ γὰρ τοῖς πνευματι-
κοῖς αὐτῶν ἐκοινώνησαν τὰ ἔθνη, ὀφείλουσι καὶ
ἐν τοῖς σαρκικοῖς λειτουργῆσαι αὐτοῖς. τοῦτο οὖν 28
ἐπιτελέσας, καὶ σφραγισάμενος αὐτοῖς τὸν καρ-
πὸν τοῦτον, ἀπελεύσομαι δι' ὑμῶν εἰς τὴν Σπα-
νίαν.

uas duas prouincias totam raeciam diuiſerunt Romani, ngulas ſuo praeſide vel *prae-rio* vel *conſulari* regendas. ινωνία vel i. q. ευποιΐα *benevolentia*, *liberalitas* Hebr. 13,). vel *beneficium ipſum*, *eleeoſynarum collectio* 2 Cor. 8, 9. 13. ευδοκησαν ποιησασθαι q. μετ' ευδοκιας εποιησαν *lubenti animo collegerunt*. onſpirat locus Act. XXIV, . cum noſtro conferendus].

27. Ja gern thaten ſie es, d ſie ſind es ihnen auch uldig: quia np. verae re-ionis beneficium debent Iu-eis Ethnici cf. 1 Cor. 9, 11. οκησαν γαρ και εφ - - Ana-ora cum Epanorthoſi. οφει-αι αυτων εισιν. De ſenſu mulae vid. ad 1, 14. 8, 12. υματικον et σαρκικον *diuina t humanaque*; adiuncta no-ne in iſtis *dignitatis*, *prae-tiae*, *vtilitatis*; in his *im-llitatis* et *indignitatis*. cf. Gal. Exc. 5 et 9. κοινω-τινι *in ſocietatem rei ve-*. Eph. 5, 11. 1 Tim. 5, 22.

2 Io. v. 11. *Da an jener ihren erhabneren Gütern die Heiden Theil genommen, müſſen ſie ja auch ihnen mit ihren un-bedeutenderen Gütern dienen.* λειτουργειν vid. ad 13, 6. adde Ariſtot. λειτουργειν ταις ουσιαις. Alii κοινωνειν *active* interpretantur et ad *Iudaeos* referunt: *cum illi in ſuae felicitatis ſocietatem admiſerint Ethnicos*. Tum vero αυτων legendum pro αυτων, nec actiuae ſignificationis exemplum memini. Sententiam ipſam illuſtrat quodammodo locus in Synopſi Sohar p. 11. n. 32. *Rabbi Iehuda veniens in locum quendam, vbi eidem azyma mittebant, reſpondebat, ſe pretium pro iis ſoluturum eſſe; illisque mirantibus dicebat: annon permittetis, vt id faciam explicanda vobis lege: atque ſic fecit.*

28. *Hac re igitur perfecta certoque in manus Chriſtianorum tradito beneficio iſto, per vrbem veſtram contendam in Hiſpaniam.* σφραγισαμενος pro

29 νίαν. οἶδα δὲ, ὅτι ἐρχόμενος πρὸς ὑμᾶς, ἐν πλη-
ρώματι εὐλογίας = τοῦ εὐαγγελίου τοῦ: Χριστοῦ
ἐλεύσομαι.
30 Παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοὶ, διὰ τοῦ Κυριου
ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ διὰ τῆς ἀγάπης τοῦ
πνεύμα-

VARIAE LECTIONES.

29. του ευαγγελιου του omittunt Codd. *A.* *C.* *D.* *E.* *F.* *G.* 67. ex om. Verſ. *Copt. Aieth. clar. germ. harl. boerner. Clem Ruff. Pelag* *Ambroſiaſt. Sedulius Beda.* (apud *Millium* retinent codices iſti al terutrum του) probant omiſſionem Grot. *Millius, Griesbach.*

pro ασφαλως παραδους. 2 Reg. 22, 4. Verſ. Gr. σφραγισον το αργυριον יתם הכסף (niſi pro יתם legerit interpres חָתֹם) Chrys. σφραγισαμενος, τουτ' εστιν ὡς εις βασιλικα ταμεια εναποθεμενος, ὡς εν ασυλῳ και ασφαλει χωριῳ cf. Philo de vit. Moſ. I. p. 607 C. *ditiores contemnunt inopes* ὡσπερ το ακλινες της ευπραγιας εν βεβαιῳ παρ' ἑαυτοις ευ μαλα σφραγισαμενοι. *Id.* de Somn. p. 588 E. ὁ ασφαλης θεος εστιν ενσφραγιζομενος οἱς αν εθελη το ασαλευτον. καρπος i. q. χαρις *beneficium ipſum*, quatenus *fructus* eſt *muneris Apoſtolici inter gentes geſti* cf. Philipp. 4, 17. adde etiam I, 13.

29. *Scio vero, ſi venero ad vos, doctrinae Euangelii inter vos etiam commendandae atque confirmandae multum me vtilitatis eſſe allaturum.* εν πληρωματι ευλογιας pro εν πολλῃ, εν περισσοτερᾳ, ευλογιᾳ. ευλογια beneficium ברכה Eph. I, 3. Gal 3, 14 ευλογι του ευαγγ. (ſi vera eſt lectio vid. v. l.) *beneficia ex doctrin Chriſti ſalutari in vos redun datura;* eadem, vt videtu quae I, II χαρισματα πνευμα τικα dixerat. Chryſoſt. ad *mu nera* refert, *Romanis etia ferenda.* ητοι περι ΧΡΗΜΑ ΤΩΝ φησιν, η περι παντω ἁπλως των κατορθωματων. ε λογιαν γαρ ὡς τα πολλα τ ελεημοσυνην ειωθεν λεγε Theodoretus: πληρωμα ευλ γιας του ευαγγελιου τους ὑπ του ευαγγελιου κινδυνους εκ λεσεν, οὑς εν Ἱεροσολυμοις ὑπ μεινε; multo vtique duri [εν πληρωματι ευλογιας h. εν πληρει ευλογιᾳ l. τελει ευαγγελιου καρπους παρεχ *plena euangelii beneficia vo afferens* I, 13.]

30. Vt denique ipſum ei que inter Iudaeos Palaeſtin ſes fortunam precibus c comm

πνεύματος, συναγωνίσασθαί μοι ἐν ταῖς προσευ-
χαῖς ὑπὲρ ἐμοῦ πρὸς τὸν Θεόν· ἵνα ῥυσθῶ ἀπὸ 31
τῶν ἀπειθούντων ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ, καὶ ἵνα ἡ διακο-
νία μου ἡ εἰς Ἱερουσαλὴμ εὐπρόσδεκτος γένηται
τοῖς ἁγίοις· ἵνα ἐν χαρᾷ ἔλθω πρὸς ὑμᾶς διὰ 32
θελήμα-

commendent Romani, obtestatur eos Ap. tum *per Iesum Christum ipsum*, cuius religionem sequebantur, (δια του κυριου ἡμ. I. X.) tum *per amorem, quo, in absentem etiam Apostolum ferri eos cognouerat.* (δια της αγαπης του πνευματος.) πνευμα l. *spiritus divinus* (vnde αγ. πν. *amor divinitus in iis excitatus* Philipp. 2, 1.) l. *animus Apostoli*, quem *solum* amare poterant Romani, cum coram eum videre nondum iis contigisset cf. Col. 1, 8. coll. 2, 1. 5. συναγωνισασθαι pro βοηθησαι μοι nempe, quia Apostolo *luctandum* erat cum variis calamitatibus, hinc auxilium quoque, quod *piis precibus sibi luctanti ferri posse existimabat*, ipsum etiam αγωνα, *luctam sua causa susceptam* nominat. cf. Col. 4, 12. Etym. συναγωνιζεσθαι σημαινει βοηθειν, αλλα κυριως εν τω αγωνι. Lucian. Iup. Tragoed. Τιμοκλης επειρατο συναγωνιζεσθαι ἡμιν. adde Latinorum: *precibus pro aliquo contendere.*

30. 31. Non tamen hactenus commendari se deo vult Paullus, *vt calamitatibus liber fruetur*, sed tantum, vt ne succumbat iis, vtque sua opera exhilarare afflictorum Christianorum animos Hierosolymis ipsi contingat. cf. Act. 20, 22. 23. 21, 27. 28. 22, 22-29. 23, 2. 12-15. 24, 1-5. 25, 2. 3. ῥυεσθαι i. q. σωζεσθαι *vt insidiis incredulorum Iudaeorum eripiar.* 2 Thess. 3, 2. 2 Cor. 1, 10. διακονια rursus *studium colligendarum pro Christianis eleemosynarum* (in Cod. boerner. δωροφορια). [Videmus Paulum, vel dona ferentem, timuisse exulceratos sibique infestos fratrum Hierosolymitanorum animos. Neque hoc temere: aegerrime enim deliniri poterant vel beneficiis adlatis Act. XXI, 20 sq.]

32. ἱνα εν χαρᾳ ελθω π. ὑμ. *laetus felici laboris successu.* δια θεληματος θεου *si deo ita placuerit* 1, 10. Iac. 4, 15. Venit Romam, sed captiuus Act. 23, 11. 28, 14. 16. συναναπαυσωμαι ὑμιν, *vt animo laeto et hilari apud vos et vobiscum morari possim.* i. q. συμπαρακληθηναι 1, 12. De voce αναπαυεσθαι נוח cf. Gen. 5, 29. διανα-

33 θελήματος Θεοῦ, καὶ συναναπαύσωμαι ὑμῖν. ὁ
δὲ Θεὸς τῆς εἰρήνης μετὰ πάντων ὑμῶν. ἀμήν.
XVI. 1 Συνίστημι δὲ ὑμῖν Φοίβην, τὴν ἀδελφὴν ἡμῶν,
οὖσαν διάκονον τῆς ἐκκλησίας τῆς ἐν Κεγχρεαῖς·
ἵνα

διαναπαυσει ἡμας απο των εργων ἡμων. add. 1 Cor. 16, 18. 2 Cor. 7, 13. Philem. 1, 7. 20.

33. Θεος της ειρηνης. *Deus benigniſſimus* cf. ad 1 Th. 5, 23.

Cap. XVI. Non equidem habeo, cur a vulgari opinione, quae hoc etiam Caput ad *epiſtolam ipſam* pertinere, homineſque eodem commemoratos *Romae*, non *alio loco*, quaerendos eſſe ſtatuit, recedam. Cui contrariam Semleri hypotheſin enarratam et diiudicatam vide Exc. vltimo. Eſt igitur totum Caput, *epiſtolae iam abſolutae tanquam appendix* (nos *poſt ſcriptum* dicere ſolemus) qua *tum* Romanorum caritati et amori commendatur Phoebe, tum ſalutationes hinc illinc ferendae adduntur, *tum* denique (in quem locum Apoſtoli in religionem Chriſtianosque ſtudium facile eum denuo reducere poterat) nouae ad conſtantiam in veritate tuenda cohortationes interferuntur.

1. Φοιβην. Tantum h. l. occurrit nomen (cf. Sueton. Aug. 65. *Liberta Phoebae nomine*). Fuiſſe videtur in conſortio eorum, qui cum his ipſis litteris Romam contendebant; etſi, accurate loquendo, ipſa *tabellaria* (die Ueberbringerinn des Briefes) dici non poteſt. Si enim haec fuiſſet, deſcribi etiam vt talis debuiſſe videtur (αδελφην ἡμων φερουσαν ὑμιν ταυτην την επιστολην cf. v. 22. Eph. 6, 21. Coloſſ. 4, 7. 8. Philipp. 2, 25-29. Philem. 11. 12.) cum eam Romanis aliunde non cognitam fuiſſe ex addito ουσαν διακονον εν Κεγχρεαις appareat. Haud dubie igitur plures erant Chriſtiani, coniunctim iter Romam facientes. *Vni* eorum (quis fuerit neſcimus.) litterae comiſſae erant: Phoebe vero inter hos ea erat, quae auxilio et ope Chriſtianorum maxime indigere, ideoque prae reliquis diſerte nominari et commendari poſſe videretur. την αδελφην ἡμων *propter religionem, quam nobiscum profitetur, mihi cariſſimam.* ουσαν διακονον, participium non *praeſentis*, ſed *praeteriti imperfecti* (ἡτις ην μεχρι του νυν) *die bisherige Diaconiſſin.* Erat feminarum, publicis eccleſiae negotiis vacantium, genus duplex:

ἵνα αὐτὴν προσδέξησθε ἐν Κυρίῳ ἀξίως τῶν ἁγίων, 2
καὶ παραστῆτε αὐτῇ, ἐν ᾧ ἂν ὑμῶν χρήζῃ πράγ-
ματι· καὶ γὰρ αὐτὴ προστάτις πολλῶν ἐγενήθη,
καὶ

VARIAE LECTIONES.

2. αὐτῆ (pro quo, in vulgg. editionibus exſtat αὐτῇ) legunt cod. 56. Verſ. *Vulg. Chryſoſtomus.*

duplex: πρεσβυτίδες aliae ſ. προκαθημέναι, *quae feminarum mores attendebant formabantque*, aliae διάκονοι (Plinius *miniſtras* dicit Ep. X, 97. *neceſſarium credidi ex duabus ancillis, quae miniſtrae dicebantur, quid eſſet veri et per tormenta quaerere*) quae tum baptizandis feminis aderant, tum *pauperes et aegrotas peruenia et opera ſubleuabant*, tum *alia minora eccleſiae negotia adminiſtrabant.* vid. Voſſium ad loc. Plinii. Coteleriam ad Conſtitt. Apoſt. III, 15. et inprimis Bingham. Antiqq. Eccleſ. 11, 22. p. 341-360. [*Suiceri* theſaurum eccleſiaſt. v. διακονος]. εκκλησια ν Κεγχρεαις. *Cenchreae* vrbs portusque Corinthiacus versus Aſiam protendens, vt portus *Lechaeus* verſus Italiam. f. Act. 18, 18. *Strabo* VIII, p. 582. C. Κεγχρεαι κωμη και λιμην απεχων της πολεως οσον εβδομηκοντα σταδια. τουτω μεν χρωνται προς τους εκ της Ασιας. προς δε τους εκ της Ιταλιας τω Λεχαιω. *Steph.* Κεγχρεαι πολις και επινειον Κορινθου. Plura loca vide ap. Wetſten. Eiusdem nominis loca plura, in Troade alia, alia in Italia, ab hoc loco plane ſunt aliena, enim *Corintho* emiſſam epiſtolam eſſe conſtet. Eccleſia hac vrbe collecta ad *Corinthiacam*, ceu *matrem*, referenda.

2. ἱνα - εν κυριω *recipite eam vt feminam Chriſtiano nomine dignam.* προσδεχεσθαι *benigne excipere.* Eadem formula Epaphroditus Philippenſibus commendatur Phil. 2, 29. Synonyma ſunt απολαμβανειν 3 Io. v. 8. et επιδεχεσθαι ibid. v. 10. αξιως των αγιων vel *prout decet vos Chriſtianos*, vel cum Grotio *prout Chriſtianos excipi oportet.* και παραστητε - πραγματι et *in quacunque tandem re veſtra ope indiguerit, auxilium ei ferte.* πραγμα male ad *cauſam forenſem coram Caeſaris Maieſtate agendam* refertur; indeque potiſſimum difficultates vniuerſo capitis conſilio conſtituendo nectuntur. Eſt πραγμα *res, negotium quodvis*, nec de *certo quodam omnibusque modis circumſcripto negotio* cogitaſſe Apoſtolum, ſed vniuerſe *res*, *fortunam-*

3 καὶ αὐτοῦ ἐμοῦ. Ἀσπάσασθε Πρίσκαν καὶ Ἀκύ-
λαν

VARIAE LECTIONES.

3. Πρίσκαν (in plerisque edd. Πρίσκιλλαν) leg. Codd. *A. C. D. E. F. G.* 6. 7. 10. 11. 13. 14. 17. — 32. a p. m. 28. 30. 31. 32. 34. a pr. m. 37. 41. 42. 43. 46. 47. 55. Edd. *Erasm. Ald. Colin. Beng. Bogard. Griesb.* Verss. *Copt. Vulg. It. Theodoret. Euthal. Damasc. Hieron. Ruff. Pelag. Beda.* probb. *Grotio Millio Wetst.*

fortunamque omnem mulieris Romanis commendasse, ipsum εν ῳ αν (*quaecunque tandem res illa fuerit*) indicat. παραστηναι *adesse, opitulari, adiuuare*, vnde παραστατης *auxiliator*. Ios. A. I, 13, 3. θεος ευμενης γεγονε μοι παραστατης και συμμαχος, αυτη (vid. v. l.) προστατις εμου. *Nam et illa ipsa multorum atque adeo mei ipsius curam gessit.* προστατης (refer hoc ad παραστηναι quod praecesserat) nomen honorificentius *patrona* (Wohlthäterin). Hoc ipso enim vocabulo Latinorum *patronus* exprimitur a scriptt. Graecis. cf. Plutarch. de Romulo p. 25. ἑτερους δε τους δυνατους απο των πολλων διηρει, Πατρωνους ωνομαζων, ὁπερ εστι προστατας. Plura loca vid. apud *Elsnerum* ad h. l. *Suidas.* οἱ των μετοικων Αθηνησι προεστηκοτες προσταται εκαλουντο· αναγκαιον γαρ ην ἑκαστῳ των μετοικων πολιτην τινα Αθηναιον νεμειν προστατην. *Theodoret.* προστασιαν, ὡς οιμαι, την φιλοξενιαν και κηδεμονιαν καλει. adde 1 Tim. 3, 5. Tit. 3, 8. 14. [Locus ipse forte referendus ad Act. XVIII, 5. vel XX, 3. Inter haec saltem, quae hic commemorantur, pericula, Phoebe optime patrocinari potuerat Paulo].

3. Πρισκα 2 Tim. 4, 19. vid. v. l. (frequentius est ὑποκοριστικον, Πρισκιλλα Act. 18, 2. 18. 26. 1 Cor. 16. 19.) Πρισκαν και Ακυλαν. Quod coniugis nomen antepositum est mariti nomini, caue ne in ea re, quae, si qua vnquam casu accidisse videri debet, cum non paucis interpretibus arguteris. *Aquilas* Ponticus genere (nomen frequens in scriptt. Rom. Cic. ad fam. X, 33. Sueton. Caes. 78.) tentoriorum opifex, cum Prisca coniuge multisque aliis Iudaeis, Claudio imperante Roma eiectis, Corinthum aufugerat (Act. 18, 2.). Hic in Paulli consuetudinem venerant Aquila cum Priscilla (v. 3.) Vtrum vero Christi doctrinam ab Apostolo, an aliunde (forte iam Romae) traditam acceperint, incertum. Cum Paullo abierunt Ephesum (v. 18. 19.) ibique Apollonem, Christi doctrinam non satis accurate edoctum meliora docuerunt (v. 24-26.) Ibidem

λαν τοὺς συνεργούς μου ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, (οἵτι- 4
νες ὑπὲρ τῆς ψυχῆς μου τὸν ἑαυτῶν τράχηλον
ὑπέθηκαν, οἷς οὐκ ἐγὼ μόνος εὐχαριστῶ, ἀλλὰ
καὶ

Ibidem fedem fixiffe poftea videntur; faltem aderant Ephefi, cum Paullus tum priorem ad Corinthios epiftolam (1 Cor. 16, 19.) tum multis annis poft, alteram ad Timotheum fcriberet 2 Tim. 4, 19.); interea vero, cum Claudiani edicti faeuitia ceffaffet, (ad tempus forte) Romam redierunt, quo aduenifle eos, cum hanc epiftolam Corinthi fcriberet Apoftolus, nuncium iam acceperat. Caeterum non confundendum effe hunc noftrum Aquilam, cum eo, cuius Graecae V. T. Verfionis fragmenta exftant (etiam Pontico genere,) multo minus, quod vtique fecerunt nonnulli, cum Onkelofo, paraphrafte Chaldaeo (עקילס et אנקלס inuicem permixtis) vix opus eft vt admoneatur. τους συνεργους μου εν χ. l. *qui in propaganda inter gentes potiffimum religione inter fumma vitae pericula multam mihi operam auxilium obfequiumque praeftiterunt.* Corinthi an Ephefi haec acciderint, deficiente hiftoria, non dixerim.

4. ὑπερ της ψυχης μου ὑπεθηκαν, *vt ego feruarer, fe ipfos vitae periculo vltro obiecerunt:* forte Corinthi Act. 18, 17. forte etiam Ephefi Act. 19, 30. 35. ὑποτιθεναι proprie vertendum: *Iubiicere praebere ceruicem* (sp. *fecuri*); non vero de *cautione interpofita*, ex vocis ὑποθηκης fignificatione forenfi male in verbum ipfum ὑποτιθεναι translata, cum *Heumanno* et *Wetftenio* cogitandum. πασαι αἱ εκκλ. των εθν. np. *quae in vicinia Corinthi erant;* quodammodo etiam *aliae*, *propter Paullum faluti omnium feruatum*. την κατ' οικον αυτων εκκλησιαν vel *maiorem Chriftianorum coetum domum ipforum conuenire folitum*, vel *familiam ipforum Chrifti nomini addictam* v. 14. τους συν αυτοις αδελφους et v. 15. τους συν αυτοις παντας ἁγιους. Hoc praefero: *quilibet enim Chriftianorum*, etiam fi paucio-res fuerint, *confeffus* εκκλησια dicitur; οικον vero non tantum *domum* (*aedes*), fed *familiam* plerumque fignificare dubio caret. Accedit, cum 1 Cor. 16, 19. eadem formula de eodem Aquila, non *Romae*, fed *Ephefi* tum commorante, adhibeatur, probabilius vtique effe, pluribus locis *familiam* viri Chriftianam, quam *ecclefiae in aedibus ipfius conuentus* exftitiffe cf. etiam Coloff.

5 καὶ πᾶσαι αἱ ἐκκλησίαι τῶν ἐθνῶν·) καὶ τὴν
κατ᾽ οἶκον αὐτῶν ἐκκλησίαν. Ἀσπάσασθε Ἐπαί-
νετον τὸν ἀγαπητόν μου, ὅς ἐστιν ἀπαρχὴ τῆς
6 ~Ἀχαΐας· εἰς Χριστόν. Ἀσπάσασθε Μαριὰμ,
7 ἥτις πολλὰ ἐκοπίασεν εἰς ἡμᾶς. Ἀσπάσασθε
Ἀνδρόνικον καὶ Ἰουνίαν τοὺς συγγενεῖς μου καὶ
συναιχμαλώτους μου· οἵτινές εἰσιν ἐπίσημοι ἐν
τοῖς ἀποστόλοις, οἳ καὶ πρὸ ἐμοῦ γεγόνασιν ἐν
~Ἀσίας Χριστῷ.

VARIAE LECTIONES.

6. Pro Αχαιας legunt Ασιας Codd. *A. C. D.* a pr. m. *E. F. G.* 6. 67. ex em. Ed. *Griesbach.* Verf. *Copt. Aeth. Vulg. It. Damafc. Ruff. Ambrofiaft. Pelag.* Hier. *Sedul. Beda.* probb. *Grotio; Millio, Bengelio, Whitbyo.* Qui Ασιας in Αχαιας mutarunt, feciffe id videntur vel adducti loco fimili 1 Cor. 16, 15. vel eo, quod improbabile videbatur, dici aliquem totius *Afiae* Chriftianum *primum* aut *principem;* non intellecta vi vocis Ασιας. vid. not.

Coloff. 4. 15. Philem. 2. *Theophyl.* οὕτως ησαν οὗτοι ευδοκιμοι, ὥστε τον οικον αυτων παντα ποιησαι πιστους. τουτους γαρ εκκλησιαν ωνομασε.

5. 6. Quae ab *Epaeneto* vsque ad *Olympam* v. 15. recenfentur nomina, nullibi alias in N. T. leguntur. Επαινετος forte hebr. יהודה. απαρχη της Ασιας (v. var. l.) εις χ. *primus inter eos* (forte etiam *vnus ex primis*) *quos in Afia proconfulari* (haec enim eft in N. T. plerumque Ασια, cuius metropolis *Ephefus*) *Chrifto tanquam confecrauerat Ap.* cf. 1 Cor. 16, 15. Alii απαρχην ad *hominis dignitatem* referunt, paullo durius. εις ἡμας εκοπ. *multum noftra caufa laborem curamque fufcepit.* [Αχαΐας tuetur Syrus, cuius in lectione difficiliori momentum haud fpernendum effe, nemo facile negauerit. Lectio Ασιας manum emendatricem prodere, ex loco 1. Cor. XVI, 15. probabile effe videtur. Voc. απαρχη collectiue fumtum ad πολλους των Κορινθιων retulerim, qui Act. XVIII, 8. Chrifto nomen dediffe dicuntur.]

7. *Andronicus* (nomen inter Romanos frequentiffimum. Quinctil. II, 3. *Andronicus Hypocrites* magifter Demofthenis,

Χριστῷ. ἀσπάσασθε Ἀμπλίαν τὸν ἀγαπητόν 8
μου ἐν Κυρίῳ. ἀσπάσασθε Οὐρβανὸν τὸν συνερ- 9
γὸν ἡμῶν ἐν Χριστῷ, καὶ Στάχυν τὸν ἀγαπητόν
μου. ἀσπάσασθε Ἀπελλῆν τὸν δόκιμον ἐν Χρι- 10
στῷ. ἀσπάσασθε τοὺς ἐκ τῶν Ἀριστοβούλου. ἀσπά- 11
σασθε Ἡρωδίωνα τὸν συγγενῆ μου. ἀσπάσασθε
τοὺς ἐκ τῶν Ναρκίσσου τοὺς ὄντας ἐν Κυρίῳ.
ἀσπά-

sthenis, *Andronicus Rhodius*, Philosophus peripateticus; *Liuius Andronicus* fabularum doctor ante Ennium et *Iunias* (nomen viri pro Iunius, l. Iunianus vid. *Gruterum* in Indice, vt mox *Amplias*, *Olympas*, *Silas* pro *Siluanus*. [Vid. C. B. Michaelis dissert. de nominibus ex mulie- bribus in virilia versis §. 27.] Vulgo *Iunia* scribitur, vt sit vxor aut soror Andronici) *Iudaeo - Christiani*. Erant enim συγγενεις Paulli. Grotius vtrumque nomen ex hebraeo translatum putat, illud ex מצא נצח (*Masinissa* Poenorum) hoc ex בערה. συγγενεις και συγναιχμ. *generis propinquitate et vinculorum societate mecum coniuncti*. συγγενεις vel *cognati* vel *populares* h. *Iudaei* cf. 9, 3. vid. etiam v. 11. 21. συναιχμαλωτοι Coloss. 4, 10. Philem. 23. Ad *quam* Paulli captiuitatem haec sint referenda, incertum, cum saepius in vinculis fuisse eum constet 2 Cor. 6, 5. 11, 23. Clemens Ep. I. ad Corinthios c. 5. ἑπτακις δεσμα φορεσας Παυλος. επισημοι εν τοις Αποστολοις *magna eorum fama est apud Apostolos*. αποστολος vid. ad Gal. 1, 1. οι και προ εμου εν χ. *qui etiam ante me Christiani facti*. Forte e primis erant Pentecostes die per Petrum conuersis. Act. 2.

8 - 15. Αμπλιας h. *Ampliatus* ad analogiam nominum *Donatus*, *Fortunatus*, *Praestolatus*. Nomen in Inscriptionibus frequentissimum. vid. Gruteri Thes. in Indice.

9. Ουρβανος nom. Romanum frequentissimum. Σταχυς nom. Graecum, semel apud Gruterum f. 689, 1.

10 - 11. Απελλης Iudaei nomen, nobilissimum vel Horatii loco: Serm. I, 100. *credat Iudaeus Apella, non ego*. Male confunditur a nonnullis cum *Apollone* Act. 18. δοκιμος εν χ. *Christianus, cuius fidei et constantiae admo-*
dum

12 ἀσπάσασθε Τρύφαιναν καὶ Τρυφῶσαν τὰς κοπιώ-
σας ἐν Κυρίῳ. ἀσπάσασθε Περσίδα τὴν ἀγαπητήν,
13 ἥτις πολλὰ ἐκοπίασεν ἐν Κυρίῳ. ἀσπάσασθε
Ῥοῦφον τὸν ἐκλεκτὸν ἐν Κυρίῳ, καὶ τὴν μητέρα
14 αὐτοῦ καὶ ἐμοῦ. ἀσπάσασθε Ἀσύγκριτον, Φλέ-
15 γοντα, Ἑρμᾶν, Πατρόβαν, Ἑρμῆν, καὶ τοὺς σὺν
αὐτοῖς ἀδελφούς. ἀσπάσασθε Φιλόλογον καὶ
Ἰουλίαν,

dum confido. τους εκ των Αριστοβουλου και Ναρκισσου (fc. οικειων) τους οντας εν κυριω *ex Aristobuli familia, qui Christum colunt,* cf. 1 Cor. 1, 11. *Aristobulus* femel apud Gruterum 749, 9. *Narcissus Claudii libertus* ap. *Suetonium*, in Claud. 28. *Tacitum* A. XII, 57. adde Gruterum f. 948, 2. Λουσκιῳ Ναρκισσῳ.

12. Τρυφαινα και Τρυφωσα. De nomine cf. Iuft. 39, 2. *filiam Tryphaenam Grypho nupturam* Gruter. Infcript. f. 729, 10. 737, 3. *Fuluia Tryphaena.* ibid. f. 446, 6. *Agria Tryphofa* 659, 9. *Chryfantho Tryphofa.* κοπιαζειν εν κυριῳ *domini eiusque religionis caufa labores et aerumnas fufcipere et perferre.* Περσις forte libertina ex Perfide oriunda, patriae nomen gerens vt *Myfa, Syrus, Dauus.* Gruter. p. 451, 1. *Lucretia Perfis* p. 966, 1. *Caefia Perfis.*

13. Ρουφος Marc. 15, 21. cf. Gruter, in Indice. εκλεκτον εν κυριῳ i. q. δοκιμον εν κυριῳ. *Chriftianum verum, fidei probatae.* μητερα αυτου (*natalibus*) και εμου (*amoris affectu.*) Terent. Adelph. 1, 2, 46. *Natura tu illi pater es, confiliis ego.*

14. Ασυγκριτον Gruter. Infcript. p. 348, 2. ex Scalig. *Aemilius Afyncritus.* Φλεγοντα. *Phlegon Trallianus,* Hadriani libertus. Gruter. Infcrip. f. 671, 6. *Attius Phlegon.* Ἑρμας latine *Herma, Hermas, Hermodorus* vid. Gruter. in Indice. *Hunc noftrum* Origenes ad h. l. et Eufebius H. E. l. III, 3. auctorem habent libri, *Paftor.* Ἑρμης notiffimum inter Graecos Romanosque nomen vid. Grut. in Indice. Πατροβας *Patrobius* v. c. libertus Domitiani Martial. II, 32. Alius Neronis Sveton. in Galb. 20. adde Gruter. f. 448. 2. τους συν αυτοις αδελφους i. q. fupra την κατ' οικον αυτου εκκλησιαν.

15. Φιλολογος. Nomen inter

Ἰουλίαν, Νηρέα καὶ τὴν ἀδελφὴν αὐτοῦ, καὶ
Ὀλυμπᾶν, καὶ τοὺς σὺν αὐτοῖς πάντας ἁγίους·
ἀσπάσασθε ἀλλήλους ἐν φιλήματι ἁγίῳ. 16

Ἀσπάζον-

VARIAE LECTIONES.

16. πασαι post εκκλησιαι addunt Codd. *A. C.* 5. 6. 10. 31. 39. Ed. *Griesb.* Verſ. *Vulg. Syr. Copt. Aethiop. Arab. Cyrill. Theodoret. Ruff. Ambroſiaſt. Pelag. Beda* prob. *Millio.*

ter Romanos frequens. *Atteius Philologus.* Sveton. *Vitullius Philologus* Gruter. f. 25, 3. *Aelius Philologus* f. 347, 6. *Porcius Philologus* f. 121. Ιουλια forte *Philologi vxor.* Secundum alios nomen viri, Ιουλιας, vt ſupra v. 7. Ιουνιας. Νηρευς. *Nerius.* Gruter. f. 697, 14. *Lucio Numiſio Nerio.* Ολυμπας viri nomen (Ολυμπιοδωρος) Gruter. f. 733, 6. *C. Maſculino Olympae.* In Vulgata feminae nomen: *Olympiadem.*

16. *Exoſculamini inuicem meo nomine, meique memoriam recolite.* cf. ad 1 Theſſ. 5. 26. adde 1 Cor. 16, 20. 2 Cor. 13, 12. 1 Petr. 5, 14. Iuſtin. Apolog. I. S. 85. αλληλους φιληματι ασπαζομεθα παυσαμενοι των ευχων. *Tertull.* de Oratione: *Quae oratio cum diuortio ſancti oſculi integra? Quem omnino officium facientem impedit pax? Quale ſacrificium eſt, a quo ſine pace* (h. pacis oſculo) *receditur?* Conſtitutt. Apoſtol. I. II. cap. 57. ειτα και ασπαζεσθωσαν αλληλους οἱ ανδρες, και αλληλας αἱ γυναικες, το εν κυριῳ φιλημα — και μετα τουτο προσευχεσθω ὁ διακονος ὑπερ της εκκλησιας ἁπασης. Μετα δε ταυτα γινεσθω ἡ θυσια, ἑστωτος παντος του λαου, και προσευχομενου ἡσυχως· και ὁταν ανενεχθῃ, μεταλαμβανετω ἑκαστη ταξις καθ' ἑαυτην του κυριακου σωματος και του τιμιου αἱματος vid. Coteler. ad h. l. Quod vero tantum in hac ad Romanos, in vtraque ad Corinthios, et ad Theſſalonicenſes Epiſtola, non in reliquis epiſtolis, hunc exoſculandi inuicem morem commendat Ap. cauſa huius diſcriminis a Bengelio vel in puritate amoris exſtincta, vel in piae conſuetudinis abuſu quaeritur, ratione nec plane inepta, nec admodum probabili. ασπαζονται ὑμας εκκλησιαι πασαι (vid. v. l.) χριστου. Male argutantur in hoc, quomodo *omnium* eccleſiarum nomine potuerit ſalutem ſcribere Paullus. Optime Erasmus: *quoniam cognouit omnium erga Romanos ſtudium, omnium nomine ſalutat.*

17 Ἀσπάζονται ὑμᾶς αἱ ἐκκλησίαι ✠ τοῦ Χρι-
στοῦ. Παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοὶ, σκοπεῖν τοὺς
τὰς διχοστασίας καὶ τὰ σκάνδαλα, παρὰ τὴν δι-
δαχὴν ἣν ὑμεῖς ἐμάθετε, ποιοῦντας· καὶ ἐκκλί-
18 νατε ἀπ' αὐτῶν. οἱ γὰρ τοιοῦτοι τῷ Κυρίῳ
ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ οὐ δουλεύουσιν, ἀλλὰ τῇ
ἑαυτῶν κοιλίᾳ· καὶ διὰ τῆς χρηστολογίας καὶ εὐ-

✠ πᾶσαι λογίας

17. Cum iam in eo esset, vt finem faceret Epistolae, incidit denuo in rixarum et dissidiorum memoriam, quae inter Romanos etiam obtinere audiuerat; quorumque supprimendorum causa omnis fere epistola scripta fuerat cf. inprimis 15, 5. 6. *Ab his igitur vt sibi diligenter caueant*, extrema tandem epistola adhuc exhortatur. αδελφοι possunt esse *presbyteri*, quibus tradebatur Epistola; non video tamen, cur excludantur *reliqui Christiani*, cum omnibus sit commune *fratrum* nomen, omnibus quoque commune officium του σκοπειν *attendendi* (Philip. 3, 17.) *ad factiosos eiusmodi homines, eorumque consuetudinem deuitandi.* σκανδαλα *prauae extraneorum de religione opiniones, ex perpetuis Christianorum ipsorum dissidiis et rixis oriundae.* (Forte tamen etiam ad *vitam flagitiosam* referenda (σκανδαλα.) παρα την διδαχην — ὑμεις. *contra praecepta religionis* eius, quae amorem caritatem, indulgentiam tantopere commendat. cf. Gal. 1, 8. εκκλινατε απ' αυτων: *declinate familiarem cum eiusmodi hominibus conuictum.* i. q. στελλεσθαι απ' αυτων 2 Thess. 3, 6. παραιτεισθαι Tit. 3. 10. μη λεγειν χαιρειν αυτοις 2 Io. v. 10. itemque Matth. 18, 17. 1 Cor. 5, 11.

18. *Cum ambitiose defendere et propagare student religionem, non faciunt id Christi causa, sed lucrari inde aut obscoenis voluptatibus indulgere volunt: cumque sint viri callidi et diserti, facile viros simplices et integros decipiunt.* Quinam fuerint isti αἱρετικοι, quaeque eorum doctrina, certo constitui non potest, ex totius tamen epistolae argumento probabili fit, *Iudaeos* fuisse, qui cum *Mosaicarum legum* omninoque *externae cuiusdam sanctitatis* studio tenaciori vitae *turpis* et ad *impuram libidinem proiectae* flagitia coniungebant. δουλευουσι τῃ ἑαυτων κοιλιᾳ cf. Philipp. 3,

λογίας ἐξαπατῶσι τὰς καρδίας τῶν ἀκάκων. ἡ 19
γὰρ ὑμῶν ὑπακοὴ εἰς πάντας ἀφίκετο· χαίρω οὖν
τὸ ἐφ' ὑμῖν· θέλω δὲ ὑμᾶς σοφοὺς μὲν εἶναι εἰς
τὸ

3, 18. 19. Plutarch. de cupidit. diuitiar. p. 525. Δημαδης εις την γαστερα εδημαγωγει. Seneca de benef. VII. 26. *alius abdomini seruit, alius lucri totus est.* Anthol. II, 52. Epigr. 10. p. 276. μη δειν δουλευειν γαστρι λεγων αρετην. ακακοι *homines ingenuae simplicitatis, qui nec ipsi fraudibus vtuntur, nec aliis inesse suspicantur.* hebr. פתאים cf. Alex. Prov. 1, 4. 8, 5. 14, 15. 21, 11. Demosth. c. Neaeram. δια την απειριαν των πραγματων και την ακακιαν την ἑαυτου. Dio Caff. Exc. p. 722. πανουργος μεν γαρ ουκ εφυ, αλλ' ει και τις αλλος ανθρωπων, ακακος. Χρηστολογια et ευλογια mere synonyma. *per blandiloquentiam et assentationem.* vid. Theophrast. Charact. 6. περι αρεσκειας. et 2 Tim. 3, 4-7. χρηστολογια Eustath. in Il. ψ. p. 1437. 53. ὅπερ λαληθηναι οικειον επι του μετα θυμον γαληνιασαντος δια χρηστολογιας η τοιουτου τινος. Aurel. Vict. de *Pertinace* c. 18. *Blandus magis erat quam beneficus, vnde eum graeco nomine* χρηστολογον *appellauerunt.*

19. Sententia bifariam constitui potest, vel sic; *vestrae ipsorum famae et existimationi id debetis, cum vestra in religione constantia vbique terrarum laudibus celebretur;* vel, vt vt ad falsorum doctorum χρηστολογιαν referatur: *constat enim vos obsequiosos homines esse, ideoque eo facilius vos decipi ab iis posse, si non prudenter vobis prouideritis.* Prius praefero conf. 1, 8. ὑπακοη *obsequium doctrinae Christi praestitum.* αφικετο εις παντας *innotuit omnibus.* το εφ' ὑμιν. το redundat vti 12, 18. το εξ' ὑμων 9, 5. το κατα σαρκα. θελω-σοφους-κακου. *Velim vero, vt vestra de rebus diuinis humanisque sapientia sit cum virtute coniuncta, et ab omni prauitate et calliditate quam maxime aliena,* Optime Grotius: *ita prudentes vt non fallamini, ita bonos, vt non fallatis.* cf. Matth. 10, 16. 1 Cor. 14, 20. Eph. 4, 13-15. Contrariam mentis indolem descriptam vide Ier. 4, 22. Sanhedrin. fol. 21, 1. 2 Sam. 13, 3. *Vir fuit sapiens in improbitatem* חכם לרשעה. ακεραιος oppos. σοφω i. q. ἁπλους, *simplex, insons.* Iungitur Phil. 2, 15. τω αμεμπτος cf. Matth. 10, 16. ακεραιοι ὡς περιστεραι. Eustath. ad Il. β. 855. p. 364. ed.

20 τὸ ἀγαθὸν, ἀκεραίους δὲ εἰς τὸ κακόν. ὁ δὲ Θεὸς
τῆς εἰρήνης συντρίψει τὸν Σατανᾶν ὑπὸ τοὺς πό-
δας ὑμῶν ἐν τάχει. ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰη-
σοῦ Χριστοῦ μεθ' ὑμῶν.
21 Ἀσπάζονται ὑμᾶς Τιμόθεος ὁ συνεργός μου,
καὶ

VARIAE LECTIONES.

20. αμην (quod nonnullae editiones addunt) deeſt in Codd. A. C. D. E. F. G. 1. 4. 5. 6 — 9. 11. 12. 14. 18 — 21. 23. 37. 46. Edd. *Erasmi*, *Steph. Hault. Wechel. Bengel. Complut. Plantin. Griesb.* Verſ. *Copt. Syr.* vtraque *Aethiop. Arab. Vulg. Lutheri. Chrys. Theodor. Theophyl. Oecumen. Ruffin.* prob. *Wetſt.*

ed. Rom. ακεραιος, απλους και προθυμος και μη τινα κεραΐζων. [Euſtathium laborare in etymo vocis ακεραιος, vix dubitaueris. Nobis idem eſt, ac ακρατος, *purus*, *non mixtus*, *ſincerus*, ſenſu eodem].

20. *Deus benigniſſimus vero, ab omni fraude et crudelitate hoſtium veſtrorum vos ſubito liberabit.* Σατανας *auctor malorum ſingulorum*, *quibus oppreſſos ſe ſentiebant Chriſtiani*; ſiue ſint *errores* et *vitia*, ſiue *externae calamitates*; ad quas tamen inprimis formula referenda videtur. συντριψαι malim *aſſeueratiue* intelligi, quam *optatiue*. *Faciet Deus mox, vt vos ſingulis malis, de quibus nunc conquerendum vobis eſt, erepti de iisdem triumphetis.* Quod verbo συντριβειν υπο τους ποδας vtebatur Ap., fecit id forte, memor Gen. 3, 15. quo loco per *ſerpentem*, *daemonem* a doctoribus Hebraeis intelligi ſolere, certum. cf. Apoc. 12, 19. 2 Cor. 11, 3. coll. 14. 15. συντριβειν υπο τους ποδας conciſe dictum pro υποτιθεναι τοις ποσι, και συντριβειν. ἡ χαρις - μεθ' υμων. addita haec clauſula in fine epiſtolarum ſolemnis *vel*, quia finire denuo Epiſtolam hoc ipſo v. 20 conſtituerat Ap. (quod deinde conſilium additis nouis ſalutationibus quodammodo immutabatur;) *vel* quia totius Capitis primi 20. verſus ſchedula ſeparata ſcripti, nonum veluti Epiſtolium erant, longiori epiſtolae adiectum, ideoque etiam ſollenni voto finiendum. vid. Griesbachii Curas in Hiſtoriam textus Graeci p. 46. 47.

21. Τιμοθεος vid. Proleg. ad Ep. 1. ad Tim. Hoc tempore cum Paullo Corinthum venerat,

καὶ Λούκιος καὶ Ἰάσων καὶ Σωσίπατρος οἱ συγ-
γενεῖς μου. ἀσπάζομαι ὑμᾶς ἐγὼ Τέρτιος, ὁ γρά- 22
ψας τὴν ἐπιστολὴν ἐν Κυρίῳ. ἀσπάζεται ὑμᾶς 23
Γάϊος

venerat. Act. 20, 4. Λουκιος. Redit nomen idem Act. 13, 1. Λουκιοις Κυρηναιος, Antiochiae commoratus. Fueritne idem cum *Luca* Euangelista, (quem Gregorius Nazianz. etiam Λουκιον dicit.

Ματθαιος μεν εγραψεν ἑβραιοις θαυματα Χριστου,
Μαρκος δ' Ιταλια, Λουκιος Αχαιδι.)

an alius quis, plane incertum. [Diuerfum effe Lucam a Lucio, omnino probabile eft: vid. Act. XX, 6. Lucas enim tunc temporis Philippis verfabatur, non Corinthi]. Ιασων forte is, qui Act. 17, 5. 6. 7. 9. commemoratur: *ciuis Theffalonicenfis, qui in turba correptum Paullum domum fuam receperat.* Σωσιπατρος forte is, qui Act. 20, 4. Σωπατρος dicitur (Nominis faltem vtriusque vis eadem.) *Berroeus, Apoftoli e Graecia in Afiam redeuntis comes.*

22. Τερτιος. Amanuenfis (ὑπογραφευς) Apoftoli, Romanis forte notus. Sunt, qui hunc *Tertium* et *Silam* eundem virum habent, coniectura non improbabili; cum *Silas* in hoc itinere Paullum comitaretur, nomenque ipfum (fi hebraice fcribatur שלש quod eft *Tertius*) conueniat. *Tertii* nomen apud Romanos frequentiffimum. vid. Tacit. Hift. II, 85. IV, 39. 40. Macob. Saturn. III, c. 11. et Gruterum. ὁ γραψας την επ. *dictatam ab Apoftolo epiftolam calamo excepi.* εν κυριῳ ad ασπαζομαι ref. *animo vere Chriftiano vobis falutem impertio.* cf. 1 Cor. 16, 19. Alii γραψας εν κυριῳ iungunt: *fcripfi epiftolam in caufa domini noftri I. C.* male. [Tertium effe Silam, rationes grammaticae vix permiferint: differunt enim omnino שלישי et Σιλας. Neque in vniuerfum probabile eft, virum, qui prophetae dignitatem fuftinebat, ad amanuenfis prouinciam defcendiffe Act. XV, 32. Difcipuli enim Pauli, v. c. Titus 2 Theff. III, 17., non collegae, literas eius calamo excipere folebant. Caeterum oratio docet contexta, Tertium epiftolam ad Romanos non ex idiomate Aramaeo in graecum conuentiffe, fed graece dictatam literis confignauiffe].

23. Γαιος vulgo putatur is, qui Act. 19, 29 et 20, 4. commemoratur. Sed erat hic *Macedo, Derbe natus;* nofter Corin-

Γάϊος ὁ ξένος μου καὶ τῆς ἐκκλησίας ὅλης. ἀσπά-
ζεται ὑμᾶς Ἔραστος ὁ οἰκονόμος τῆς πόλεως, καὶ
24 Κούαρτος ὁ ἀδελφός. = Ἡ χάρις τοῦ Κυ-
ρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μετὰ πάντων ὑμῶν
ἀμήν =:.

Τῷ

VARIAE LECTIONES.

24. ἡ χαρις - αμην. Desunt in Codd. *A. C.* Vers. *Copt. Aeth. Vulg.* ms. *harl.* a. p. m. *Ruff.* Post v. 27. leguntur in Codd 17. 31. Vers. *Syrae* editionibus quibusdam *Erp. Syr.* p. *Ambrosiast.* Delenda censeo, quia desunt in vtriusque recensionis libris, videnturque post reiectos demum ad Caput XIV, versus 25-27, addita, ne epistola in mera salutatione desineret.

Corinthius, cuius hospitio Corinthi non Apostolus tantum, *sed vniuersa ecclesia Corinthiaca* vtebatur. (1 Cor. 14 idem noster Caius videtur intelligendus. Hunc postea Thessalonicensis ecclesiae episcopum fuisse ex traditione ait Origenes.) Forma nominis Graeca Γαιος et Romana *Caius* eadem. Antiquum enim Romanorum C fuit Γ vt in Alphabetho Graeco: vnde Γηρυς *Ceres*, multaque similia. Εραστος. Nomen occurrit Act. 19, 22. et 2 Tim. 4, 20. qui vterque locus de eodem viro vtique est interpretandus. An vero etiam *noster*, dubito. Erat *hic* Corinthius, Corinthique in munere publico constitutus; *ille* Ephesius videtur fuisse, qui ad tempus tantum commorabatur Corinthi. οικονομος της πολεως. *arcarius, quaestor aerarii publicus. Stadtcämmerer.* ὁ επι της δημοσιας τραπεζης. Marmor. Oxon. p. 130. Νειλῳ οικονομῳ Ασιας. Gruter. f. 191. *Secundus Arcarius reipubl. Americanorum.* Spon. Miscellan. Antiqu. p. 211. *Agathursus Arcarius fontem dilapsum item murum cingendum et aluea ponenda curauit.* Apparet hinc, iam primo rei Christianae tempore, etsi paucos, aliquos tamen, fuisse *dignitate et auctoritate insigni Christianos.* Haec enim haud dubie erat των οικονομων πολεως vnde apud Iosephum *hi* e αρχοντες inuicem iunguntur Antiq. XI, 6. 12. Αρταξερξη μεταπεμφθεντας τους γραμματεις εκελευσε γραφειν τοις εθνεσιν υπερ των Ιουδαιων, τοις τε οικονομοις και αρχουσιν.

25-27

Τῷ δὲ δυναμένῳ ὑμᾶς στηρίξαι κατὰ τὸ εὐαγ- 25
γέλιόν μου καὶ τὸ κήρυγμα Ἰησοῦ Χριστοῦ, κατὰ
ἀποκά-

VARIAE LECTIONES.

25-27. Ad quem locum hi tres verſus vere et ex Apoſtoli onſilio pertineant, ſintne in *fine epiſtolae*, quo in plerisque editionibus adhuc exſtant, ſeruandi, an vero ad finem Capitis XIVti eiiciendi, magnopere diſſentiunt viri docti. Iam etſi quidem oſtrum non eſt, in quaeſtione critica eademque a viris κριτικωτάοις ſaepius diſcuſſa, ſententiam ferre; poſtulat tamen ipſa operis oſtri ratio atque conſilium, vt, quibus vtraque ſententia innitaır, auctoritates candide exponamus, rationesque, cur a priori ntentia non diſcedendum nobis eſſe putauerimus, breuiter ſubıngamus.

Primum igitur ad calcem Epiſtolae (vtor verbis inprimis V. riesbachii in ſua V. L. collectione) exſtant verſus hi in Codd. *D.* a. p. m. *E.* 16. vt videtur 66. (Erasmicae editiones veſtigia remens; ſed in margine docens εν τοις παλαιοις αντιγραφοις in fine ap. 14 haec inueniri.) Edd. omnes excepta *Griesbachii* codd. ap. *uſſ.* Verſ. *Syr.* *Erp* *Copt.* *Aeth.* *Vulg.* *clar.* *germ.* *harl.* *Ruff.* *mbroſiaſt.* *Pelag.* caeterique *latini.*

Deinde plane deſunt iisdem verſus in codd. *D.* ex em. (np. prima manu exſtant cap. XVI. ſed emendator delenda eſſe indiuit) *F.* *G.* (in quo tamen in fine cap. XIV. lacuna ſex linearum librario relicta eſt) codd. *quinque Vindobonenſſ.* ap. *Treſchovium* 57. 67. 68. 69. 70. Codd. ap. *Erasm.* *Marcion.* Codd *nonnullis* *Hieron.* (qui locum hunc exeitans, *illud* ait, *quod ad Romas in plerisque codd. inuenitur*) Praeterea inde a cap. XVto ad em vsque Epiſtolae cuncta diſſecuit *Marcion.* Nec ſatis certum, in exemplari epiſtolae ad Romanos ea legerit *Tertullianus.*

Porro in Capitis XIVti finem reiecti leguntur Codd. *A.* et inutis litteris ſcriptis apud *Wetſtenium* omnibus ab 1 vsque 55. praeter 27. 53. (qui hanc epiſtolam non continent) 13. 15. 50.

25-27. Cum verſus hos co ſuo non mouendos eſſe iſtimem (vide v. l.) in con- ſtituendo totius loci conſilio prae aliis Heumannum ſequor, qui *ſingulos hos verſus,*

 vt

ἀποκάλυψιν μυστηρίου χρόνοις αἰωνίοις σεσιγημέ-
νου

50. (curfim tantum infpectos) 25. 28) hic ibi mutilos) et 1
Praeterea in Codd. a *Griesbachio* collatis 61 62 63 (64. contin
tantum fragmenta ep. ad Corinthios) 65. Lectionariis Graeci
Verff. *Syr.* poft. *Arab.* pol. *Slavon.* Codd. ap. *Ruff. Chrys. The*
dor. Damafc. Theophyl. Oecum. Theodul.

Denique vtroque loco leguntur Cod. *A.* 17. et Verf. *Arme*

His igitur veterum librorum auctoritatibus innixi ad Capit
XIVti finem reiiciendos hos verficulos ftatuunt *Beza*, *Groti*
Millius, *Hammondus*, *Wetftenius*, *Semlerus*, *Griesbachius*, q
ipfe etiam in fua editione ad hunc locum eos transfcripfit: co
tra vero in calce totius epiftolae feruari eos malunt *Erasmus*, *S*
phanus (ad finem cap. XIV. ενταυθα εὑρομεν εν πασι τοις αντιγραφοις
γεγραμμενα ταδε· τω δε δυναμενω στηριξαι κ. τα ἑξης· ἁπερ ὁμως καλλιον δο
εν τῳ τελει της επιστολης τεταχθαι) *Bengelius*. Equidem his me a
iungo, cum non tantum pro hac fententia ftent libri, qui p
tim fint *praeftantiffimi*, cum codice *Alexandrino*, *Regius Parifin*
et *Claromontanus*; partim *vtramque recenfionem* (Alexandrinus
Parifienfis cum Verf. *Aethiopica* et *Copt. Orientalem*, *Claromo*
tanus vero et *Sangermanenfis* cum Verf. *Vulg. Occidentalem*) re
rant, quod fecus eft in auctoritatibus iis, quibus alteram fent
tiam firmari vidimus; verum etiam omnis huius loci variae lect
nis origo ex *Lectionariis* commode repeti poffe videatur.
Exc. II.

vt in aliis epiftolis fententias alias, ipfius Apoftoli manu poft finitam iam ab amanuenfi epiftolam, vt *fuam* eam effe indicaret, adfcriptos cenfuit. τῳ δε δυναμενῳ — Deeft verbum, ad quod Datiuus referatur. Vulgo ad δοξα referunt, vnde ᾠ πλεοναστικως additum per anacoluthon orationis interpretandum. Forte tamen res fic intelligi poteft. Confilium Apoftoli erat, precibus bus commendandi deo Rom nos τῳ δε θεῳ τῳ δυναμενῳ προσευχομαι περι ὑμων ἱνα τ fententiarum vero interiect rum copia, forte etiam fe nandi, cum tabellarius vrg ret, neceffitas fecerunt, fententiae eius, quam ini perfequi in animo habuer oblitus, longiorem periodu adiecta breui doxologia fi ret. στηριξαι — Ιησου Χριστ Verbum στηριξαι abfolute p fitu

ου, Φανερωθέντος δὲ νῦν διά = τε: γραφῶν 12
ροφητικῶν, κατ' ἐπιταγὴν τοῦ αἰωνίου Θεοῦ, εἰς
πακοὴν πίστεως εἰς πάντα τὰ ἔθνη γνωρισθέν-
τος,

VARIAE LECTIONES.

26. τε omittunt Codd. *D. E*, 34 Verss. *Syr. Erp. Copt. Aeth.*
m Vulg. clar. germ. Chrys. Hilar. Pelag. Ambrosiast. Hier. prob.
ngelio, Griesbachio.

um sc. εν τη πιστει *qui vos*
nstant s in fide seruare pot st
dem στηριξαι de *eo* sac-
is dicitur cf. 1 Thess. 3, 13.
Thess. 2. 17. 3, 3. 1 Petr. 5,
) tum κατα το ευαγγελιον
vertendum: *secundum meam*
ctrinamque Iesu Messiae,
ius consilium est, *quanta*
dei in hominibus bonis bea-
que reddendis vis et po-
as, declarandi. Vulgo στηρ.
α το ευαγγ. iunguntur pro
ω ευαγγελιω *constantes ser-*
e in doctrina mea: ferente
dem loquendi vsu, inpri-
N. T. hoc, vt κατα τι
εν τινι dicatur cf. Matth.
o. Act. 24, 14. an vero στη-
ιν κατα τι pro εν τινι eo-
modo dici possit, nescio.
hanc rationem sequuntur,
is inprimis Locke, ευαγ-
ον *eam doctrinae Aposto-*
partem, quae gentibus
m, vt Iudaeis, salutis per
stum obtinendae spem
icat, intelligi malunt:
d ferri potest, etsi *latiori*
u accepta vox ευαγγελιου
um non minus aptum of-
hunc: *doctrina mea*, (ad
n vtique ceu primaria
dam pars pertinet illud
ipsum de ethnicis seruandis
dogma.) *quae eadem est do-*
ctrina Iesu Messiae. ευαγγε-
λιον et κηρυγμα non differunt:
κηρυγμα I. X. *Iesu, cum in his*
terris viueret, institutio. Κατα
αποκαλυψιν - γνωρισθεντος. De-
scribitur doctrina ista Paulli
et Christi vt *recens hominibus*
per deum reuelata, cum ante
Christum nemini hominum
innotuisset. cf. Eph. 1, 9. 6,
19. Col. 1, 26. 2, 2. 1 Petr. 1,
12. μυστηριον i.q. λογος πιστεως
αποκεκρυμμενος, vid. ad 2 Th.
2, 7. αποκαλυψις μυστηριου
pro μυστηριον h. Φανερωθεν,
γνωρισθεν παρα του θεου, χρο-
νοις αιωνιοις בעולמים *aeternum*
latuit (donec a Prophetis ob-
scurius significata, a Christo
clarius pleniusque hominibus
traderetur.) cf. 2 Tim. 1, 9.
Col. 1, 26. Eph. 3, 5. 9. Es.
42, 9. 16. Theodoret. ανωθεν.
Theophyl. παλαι. Lockii ra-
tio, *in the secular times, in*
the times under the law (*quia*,
inquit: *Iubilaea Iudaeorum*
commode αιωνες *dici posse vi-*
dentur.) quam coacta, et ab
omni vsu loquendi vulgari et
biblico aliena sit, quisque
sentiet. σεσιγημενον i.q. απο-
κεκρυμ-

27 τος, μόνῳ σοφῷ Θεῷ, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ
δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας· ἀμήν.

Πρὸς Ῥωμαίους ἐγράφη ἀπὸ Κορίνθου διὰ Φοίβης
τῆς διακόνου τῆς ἐν Κεγχρεαῖς ἐκκλησίας.

VARIAE LECTIONES.

Subſcriptio aut *prorſus* aut *ex parte* deeſt in Codd. antiquioribu
Prorſus in Codd. *A. D. E.* a. p. m. 1 2. 14. 30. 35. 41. 49. προς Ρωμαιο
εγραφη απο Κορινθου *D.* ex em. *Theodoret. Oecumen.* προς Ρωμαιους *A.*
προς Ρωμαιους εγραφη δια Φοιβης απο Κορινθου 18. προς Ρωμαιους εγραφη απο Κ
ρινθου δια Φοιβης της διακονου 13. 30. 36. 37. 38. 39. 44. 46. 47. 48. Verſ. Sy
εγραφη απο Κορινθου δια Φοιβης της διακονου της εν Κεγχρειαις εκκλησιας E
Colinaei τελος της προς Ρμαιους επιστολης. Ed. *Complut.*

κεκρυμμενον Eph. 3, 9. Col. 1, 26. μη Φανερωθεν, μονῳ τῳ θεῳ γνωρισθεν.

26. νυν (Eph. 3, 5. 10. Col. 1, 26. 1 Petr. 1, 12.) δια τε γραφων προφ. Si τε genuinum eſt (vid. v. l.) ſunt haec inuicem iungenda: *nunc et iam antea per prophetarum ſcripta.* γραφαι προφ. vel *libri ſacri vniuerſi*, vel inprimis *prophetarum de Chriſto vaticinia* vt 2 Petr. 1, 20. quod praefero. Si τε excluditur, δια γραφων pro κατα γραφας accipiendum *accommodate ad Prophetarum oracula.* κατ' επιταγην του α. θεου. ref. ad Φανερωθεντος. *Quicquid prophetae olim et nunc Apoſtoli tradiderant, tradere eos iuſſerat Deus ipſe.* θεος αιωνιος *idem ille Deus, qui* χρονοις αιωνιοις *deſtinauerat ea ſuo tempore tradenda,* εις παντα τα εθνη pro εν πασι τοις εθνεσι *inter omnes gentes, omnibus gentibus.* εις ὑπακοην πιστεως pro εις το ὑπακουειν τῃ πιστει h. εις το πιστευειν.

27. μονῳ σοφῳ h. σοφωτατ θεῳ cf. 1 Tim. 1, 7. Iud. v. 2 ex vulg. edit. Loca ſcript rum aliorum vide haec: Ph cylides 49. εἱς θεος εστι σ φος. Diogenes L. prooem. 1 Φιλοσοφιαν δὲ πρωτος ωνομα Πυθαγορας, και ἑαυτον Φι σοφον — μηδενα γαρ ειναι φον ανθρωπον η θεον et ſi lem Chriſti ſententiam Mat 19. 17. ουδεις αγαθος ει μη ὁ θεος. Paullique 1 Tim. 6, μονος αθανασιαν εχων. Ιησου Χριστου aut ad μ σοφ. θ. referendum, vt ſub telligatur γνωρισθεντι *per ſum C. innotuit Deus nobis ſapientiſſimus* — aut ſeque bus iungendum, pro ᾧ δι X. δοξα *qui bono cuique C ſtiano aeternum laudandus* Ex priori ratione ᾧ ad C *ſtum* referendum, ex po riori ad *Deum* (cf. Eph. 3, poſitum pro αυτῳ. Sin quodammodo locus eſt 2 4, 6.

EXC

EXCVRSVS A.

De spiritu sanctitatis, quo Iesus Dei filius declaratus esse dicitur Rom. I, 4.

Quamuis ea, quae a b. *Koppio* ad illustrandum locum ambiguum Rom. I, 4. adlata sunt, exspectationi nostrae neutiquam satisfecissent; noluimus tamen interpretationis continuitatem nostris qualibuscunque obseruationibus turbare, reiecturi potius in breuem commentationem ea, quae dictis addenda esse iudicamus. Premitur autem oratio, iteratis interpretum studiis agitata, obscuritate quadam praesertim hisce in verbis, κατα πνευμα ἁγιωσυνης, quae, aliorum sententiis minus probabilibus praetermissis, cum *de natura Christi sublimiore*, tum *de spiritu, qui Iesum sanctificauit*, tum *de oraculis V. T. a spiritu sancto prolatis* explicari constat.

Primam itaque sententiam, qua Iesus a mortuis suscitatus *secundum naturam sublimiorem* a patre Dei filius declaratus esse sumitur, iam *Heumannus*, *Morus*, et ante eum auctor commentationis in repertorio Eichhorniano praeiuere: *vom Worte* πνευμα, *wenn es von Christo gebraucht wird:* t. II. p. 1-14. Prouocant nimirum ad vsum linguae, quo רוח קדש Psalm. LI, 13. ceu numen coeleste mortalium sorti opponitur; addunt loca Ies. XI, 2. et 1. Tim. III, 16. dignitatem Messiae vltra humanam conditionem adsurgentem innuentia; et vel in praecedenti antithesi κατα σαρκα praesidium opinionis suae deprehendisse sibi videntur. Responde-

ſpondetur tamen haud iniuria: naturam Chriſti ſublimiorem πνευματος quidem, ſed non πνευματος ἁγιου, vel ἁγιωσυνης nomine in literis ſacris inſigniri; ſpiritum ſanctum non a reſurrectione de mortuis tantum, ſed iam inde a teneris Chriſto adſiitiſſe Luc. I, 80; et ſublimiorem, quae Ieſu infuiſſe dicitur, naturam non a reſuſcitatione demum de mortuis, ſed iam ante mundi primordia filii diuini dignitate ornatam atque diſtinctam fuiſſe.

Alteram explicationem nuperrime propoſuit ſumme venerabilis *Noeſſelt*, vir egregius, in *exercitationibus ad ſacrarum ſcripturarum interpretationem* (Halae 1803. p. 119 ſq.), qua ſenſum loci noſtri in hanc ſententiam coire iubet: *demonſtratus eſt dei filius vi diuina per reſurrectionem de mortuis, ſiquidem ratio habeatur ſpiritus, qui eum ſanctificauit.* Videlicet ablegandos eſſe putat lectores ad locum Luc. I, 35., quo initia vitae I. C. ad ſpiritum ſanctum referuntur, et ad ipſam ſaluatoris declarationem Ioh. X, 36., qua ſe eum eſſe profitetur, ὀν ὁ πατηρ ἡγιασε. Moneri tamen poteſt, ὁρισθεντος non eſſe *demonſtrati*, ſed ערוך, προτεταγμενου VIII, 29. Act. XIII, 48. iam ante natiuitatem *conſtituti*; ἐξ ἀναστασεως non idem eſſe, ac δι᾽ ἀναστασεως, ſed aequipollere τῳ *inde a reſurrectione de mortuis*; Ieſum iam longe ante reditum de inferis ſpiritus diuini, quem mente hauſerat, edidiſſe documenta; Luc. I, 35. πνευμα ἁγιον idem eſſe ac δυναμιν θεου, et Ioh. X, 36. ἁγιαζειν conſuetam *ſeparandi* a communi et profano ſignificatum obtinere; poſtremum vel quauis ſubtilitate exegetica ταυτολογιας obiectionem hac interpretatione euitari vix poſſe. Quae ſi recte obſeruata ſunt, veniam ſimul impetrabunt diſcedendi a viri optimi et ſagaciſſimi ſententia.

Super-

Supereſt, vt de *noſtra* huius loci expoſitione breuiter agamus. Politum autem credimus πνευμα ἁγιωσύνης pro πνευμα ἁγιον, totamque formulam κατα πνευμα ἁγιωσυνης reſpondere putamus alteri: καθως το πνευμα ἁγιον προειρηκε, ita vt in vniverſum hic ſubnaſcatur ſenſus: *qui deſtinatus eſt ad filii diuini dignitatem vi diuina inde a reſurrectione de mortuis, quemadmodum ſpiritus ſanctus praedixit.* Nititur autem ſententia noſtra his fere argumentis: 1. voc. πνευμα in N. T. ſaepius induit ſibi ſignificatum *oraculi a S. ſ.* prolati v. c. Act. XX, 23. XXI, 11. Gal. IV, 23. 29. quo poſtremo loco vel επαγγελιας vicem ſuſtinet. Conſentaneum itaque eſt vſui linguae, formulae κατα πνευμα ἁγιωσυνης ſubſternere ſenſum: *ſecundum oracula V. T. a ſpiritu ſancto ſuppeditata.* 2. Paulus diſerte docet, reſurrectionem Chriſti de mortuis oraculis vatum Hebraeorum portendi Act. XIII, 34., qua in re Petrum etiam ſibi habet conſentientem Act. II, 30 ſq. Quare neque nouam, neque a contexta oratione alienam interſerit ſententiam docens, reditum I. C. de inferis iam in libris V. T. a S. ſ. eſſe praeſignificatum. 3. Succurrit facile, reuiuiſcentiam Ieſu in ſepulcro poſiti ab apoſtolo, phariſaico de reſurrectione corporum dogmati incaleſcente, inter praecipua dignitatis Meſſianae I. C. documenta referri Act. XIII, 33. XXVI, 23. 1. Cor. XV, 13. Hoc itaque vinculo cohaerere videtur verſus noſter cum antecedente: *Selectus ſum a Deo ad propagandam euangelii doctrinam de filio ſuo, qui ſecundum humanam conditionem ſtirpis originem ducit quidem a Dauide, ſed ad filii diuini dignitatem inde a reſurrectione de mortuis capiendam iamdudum potentiſſime, ſecundum edita a ſpiritu ſancto oracula, deſtinatus fuit.*

EXCVR-

EXCVRSVS I.

Loca V. T. quomodo citauerit Paullus? num ex Cod. Hebr., an ex Verſ. Graeca Alexandrina? num memoriter an librum euoluendo? quibus formulis? qua varietate? *)

Conſtitutum quidem apud me erat, de quaeſtionibus his propoſitis ita hoc loco diſſerere, vt, qnam in citandis V. T. locis rationem non *Paullus* tantum, ſed *omnes N. T. ſcriptores* ſecuti fuerint, vno quaſi obtutu circumſpiciendum lectoribus offerrem; mutaui tamen hoc ipſum conſilium, cum ad *hanc* rem *hoc* ambitu accurate declarandam ſcriptorum non tantum N. T., verum etiam aliorum, *Ioſephi* inprimis et *Philonis*, lectione locorumque, quae apud hos etiam ex V. T. exſtant, collatione, multo illa quidem diligentiori, quam cui equidem hoc meo tempore vacare poteram, opus eſſe intelligerem; maluique Paullum, cuius potiſſimum orationem illuſtrare hac libri mei parte ſuſceperam, a caeteris ſcriptoribus ſeiungere, quidque ex eius quidem libris diligenter inuicem collatis probabiliter in hanc rem ſtatui poſſit, accurate exponere, quam vel omnem hunc locum plane intactum praetermittere, vel eundem ampliori ambitu, quam quidem nunc a me perluſtrari poterat, circumſcriptum iuſto negligentius tractare; idque eo magis, cum ſi quando ad Euangeliſtas interpretandos acceſſero, loci eiusdem denuo retractandi, iisque obſeruationibus, quae vſui V. T. in *reliquis* etiam *ſcriptoribus* declarando inſeruire poſſunt, augendi atque locupletandi occaſio non ſit defutura.

Primum

*) [Conferantur nunc ad h. e. *Eckermanni* V. S. V. theolog. Beiträge t. I. ſ. 3. Altonae 1791. tot. et ill. *Eichhornii* Bibliothek der bibl. Literatur t. II. ſ. 6. p. 947 ſq.]

Primum igitur in citandis V. T. locis *quamplurimum quidem verſionem Alexandrinam Paullum ſequi, nonnunquam tamen etiam ab ea recedere ipſumque textum hebraeum ſuo modo ſuisque verbis exprimere ſolere*, communis eſt interpretum et Criticorum ſententia: cum vero illud ipſum: "*quamplurimum* ſequitur, *nonnunquam* recedit," indefinite admodum et vage dictum eſſe quisque intelligat; praetereaque in cauſſis huius cum Verſione Alexandrina conſenſus ab eademque diſſenſus explicandis multa ſuperſint, quae paullo accuratius conſtitui poſſe videntur, nunc quae ex diligenter collatis inuicem Paullinarum epiſtolarum locis ſingulis in hanc ſententiam mihi apparuerunt, paullo diligentius explicandi periculum faciam.

Ante omnia vero, ne quis plura etiam a nobis exſpectet, quam per rei naturam exhiberi poſſunt, difficultates variae eaeque grauiſſimae, quibus omnis haec diſputatio, ſi vel diligentiſſime inſtituatur, obſepta et impedita eſt, non ſunt praetermittendae; *vna* haec: quod, vti infra docebitur, ne vnum quidem locum V. T., librum ipſum euoluendo, ſed ſingula memoriter citata eſſe, admodum probabile videtur; vnde *diſſenſus a Verſione Graeca* rationem ſatis idoneam reddi, nec ex eodem pro *ipſius textus hebraici* vſu quicquam effici poſſe, apparet: *altera*, quod Verſionis Graecae V. T. editione Critica adhuc deſtituimur, ideoque ſingula eius loca, prouti nunc in editionibus vulgatis leguntur, eodem modo Paulli etiam tempore lecta fuiſſe certo adhuc ſtatui non poteſt; vnde rurſus neque ex conſenſu Paulli cum ea, ſi forte ſecundum ipſum Paulli textum ſaepius correcti fuerint Codices Verſionis G., neque ex diſſenſu ab ea, ſi quo alio modo antiquior lectio poſt Paulli tempora in noſtris Codicibus interierit, vel pro *vſu Verſionis Graecae Paullino* vel *contra eundem*

dem quicquam accurate deduci poteſt; *extrema* denique, quod exceptis libris Moſaicis, ad *quorum* Verſionem Graecam, tantum quicquid de Alexandrinae ſeu LXX viralis Verſionis origine, inter Iudaeos auctoritate, dignitate et vſu commemorari ſolet, vnice pertinet, *de reliquis V. T. libris eorumque Verſionibus Graecis* certum quicquam et exploratum ſtatui nequit. Hoc vnum ſcimus, libros etiam hos (ſaltem plerosque eorum) Paulli tempore Graece fuiſſe translatos; verum vtrum *ſingulorum* librorum *vna* tantum Verſio Graeca, an *plures variorumque librorum variae* exſtiterint; et ſi hoc, plurium harum verſionum *vna* quaedam auctoritate apud Iudaeos et vſu ad Verſionis, quae proprie dicitur, LXX viralis auctoritatem vſumque propius aliis acceſſerit ideoque Paullo etiam prae aliis cognita et familiaris fuerit; denique, ſi vel illud ipſum probabiliter ſtatui poſſet, (quod tamen vehementer dubito) num haec, qua Paullus vtebatur Verſio Graeca, in ſingulis libris *eadem*, quam nos in noſtris Alexandrinae Verſionis voluminibus expreſſam legimus, an *alia*, nunc vel plane deperdita vel in Hexaplaris editionis fragmentis quodammodo ſervata, fuerit, nulla idonea ratione vnquam effici poſſe videtur. Vnde ſequitur, ſi Paulli textus, locis non ex Pentateucho ſed aliunde repetitis, a noſtra Verſione Alexandrina ſententiis verbisque quam maxime recedat, hinc loca eiusmodi a *Paullo ipſo* propria verſione translata eſſe temere concludi; cum vtique fieri potuerit, vt *plures* V. T. libri, longe alia Verſione Graeca, quam ea, quae in noſtro Alexandrinae Verſionis volumine exſtat, ab Apoſtolo legeretur, ideoque etiam ex *hac ipſa*, non *propria* quadam, verſione ab eo exprimeretur.

His igitur ſic conſtitutis rem ipſam hoc modo tractabimus, vt non tantum ſingula Paullinarum

Epiſto-

Epiſtolarum loca conferamus, ſed, quod propter ea, quae extremo loco diximus, multo magis neceſſarium videtur, *Pentateuchum*, *reliquosque V. T. libros* inuicem ſeiungamus, quidque de vtroque locorum genere in alterutram ſententiam vel pro *Verſione Graeca*, vel pro *ipſo textu hebraico* ab Apoſtolo expreſſo, ſtatui probabiliter poſſit, explicemus.

I. Igitur loca e Pentateucho citata, ideo ſingulatim ſunt tractanda, quia, ſi in his citandis contra Verſionem Alexandrinam cum textu Hebraeo conſentire Paullus deprehenderetur, loca haec *non ex alia quadam Verſione Graeca*, (quae eiusdem cum LXX virali dignitatis et inter Iudaeos auctoritatis nulla exſtitit) repetita, ſed *ab ipſo Apoſtolo ex textu hebraeo ipſo translata* videri vtique deberent. Poſſunt vero, quae in his conferendis obſeruata a me fuerunt, ad haec potiſſimum capita reuocari.

I. Septem locis, *ſententiis verbisque accurate cum vtroque textu*, quinque, *ſententia* quidem *cum vtroque*, *verbis* vero *accurate cum neutro*; vno denique loco *ipſa quoque ſententia cum neutro conſentit Paullus*: *vnde haec tria locorum genera ad conſtituendam quaeſtionem ipſam*, *textum hebraeum*, *an Verſionem Graecam ſecutus fuerit Paullus*, *nihil valent*.

Primi generis loca ſunt

Rom. 4, 18. ex Gen. 15, 5.
P. *οὑτως εσται το σπερμα σου*
Hebr. כן יהיה זרעך
LXX *οὑτως εσται το σπερμα σου.*

Rom. 7, 7. ex Exod. 20, 17.
P. *ουκ επιθυμησεις*
Hebr. לא תחמד
LXX *ουκ επιθυμησεις.*

Rom.

Rom. 9, 7. ex Gen. 21, 12.
P. εν Ισαακ κληθησεται σοι σπερμα
Hebr. ביצחק יקרא לך זרע
LXX εν Ισαακ κληθησεται σοι σπερμα.

Rom. 9, 12. ex Gen. 25, 23.
P. ὁ μειζων δουλευσει τῳ ελασσονι
Hebr. רב יעבד צעיר
LXX ὁ μειζων δουλευσει τῳ ελασσονι.

Rom 10, 6-8. ex Deut. 30, 11-14.
P. τις αναβησεται εις τον ουρανον — εγγυς σου το ῥημα εστιν εν τῳ στοματι σου και εν τῃ καρδιᾳ σου.
Hebr. מי יעלה־השמימה — קרוב אליך הדבר־בפיך ובלבבך
LXX τις αναβησεται - εις τον ουρανον — εγγυς σου εστι το ῥημα - εν τῳ στοματι σου και εν τῃ καρδιᾳ σου.

1 Cor. 10, 7. ex Exod. 32, 6.
P. εκαθισεν ὁ λαος φαγειν και πιειν, και ανεστησαν παιζειν.
Hebr. וישב העם לאכל ושתו ויקמו לצחק
LXX εκαθισεν ὁ λαος φαγειν και πιειν και ανεστησαν παιζειν.

1 Cor. 15, 45. forte ex Gen. 2, 7.
P. και εγενετο ὁ - ανθρωπος εις ψυχην ζωσαν.
Hebr. ויהי אדם לנפש חיה.
LXX και εγενετο ὁ ανθρωπος εις ψυχην ζωσαν.

Secundi generis:

Rom. 11, 8. ex Deut. 29, 4.
P. εδωκεν αυτοις ὁ θεος οφθαλμους του μη βλεπειν, και ωτα του μη ακουειν, ἑως της σημερον ἡμερας.
Hebr. ולא נתן יהוה לכם־עינים לראות ואזנים לשמוע עד היום הזה

LXX

LXX και ουκ εδωκε ὁ θεος ὑμιν οφθαλμους του βλεπειν, και τα ωτα ακουειν, ἑως της ἡμερας ταυτης.

2 Cor. 6, 16. ex Leuit. 26, 11. 12.

P. ενοικησω εν αυτοις και εμπεριπατησω και εσομαι αυτων θεος, και αυτοι εσονται μοι λαος.

Hebr. ונתתי משכני בתוככם והתהלכתי בתוככם והייתי לכם לאלהים ואתם תהיו לי לעם

LXX θησω την σκηνην μου εν ὑμιν, και εμπεριπατησω εν ὑμιν, και εσομαι ὑμων θεος, και ὑμεις εσεσθε μοι λαος.

Gal. 3, 8 ex Gen. 12, 3.

P. ενευλογηθησονται εν σοι παντα τα εθνη.

Hebr. נברכו בך כל משפחות האדמה

LXX ενευλογηθήσονται εν σοι πασαι ἁι φυλαι της γης.

Gal. 4, 30. ex Gen. 21, 10.

P. εκβαλε την παιδισκην και τον ὑιον αυτης, ου γαρ μη κληρονομηση ὁ ὑιος της παιδισκης μετα του ὑιου της ελευθερας.

Hebr. גרש האמה הזאת ואת בנה כי לא יירש בן האמה הזאת עם בני עם יצחק

LXX εκβαλε την παιδισκην ταυτην, και τον ὑιον αυτης, ου γαρ μη κληρονομησει ὁ ὑιος της παιδισκης μετα του ὑιου μου Ισαακ.

Ebr. 9, 20. ex Exod. 24, 8.

P. τουτο το ἁιμα της διαθηκης, ἡς ενετειλατο προς ὑμας ὁ θεος.

Hebr. הנה דם הברית אשר כרת יהוה עמכם

LXX ιδου το ἁιμα της διαθηκης, ἡς διεθετο κυριος προς ὑμας.

Tertii generis:

1 Cor. 10, 8. ex Num. 25, 1. 9.

P.

P. επορνευσαν και επεσον εν μια ἡμερᾳ εικοσιτρεις χιλιαδες.

Hebr. ויחל העם - לזנות - ויהיו המתים המגפה ארבעה ועשרים אלף

LXX και εβεβηλωθη ὁ λαος εκπορνευσαι - και εγενοντο οἱ τεθνηκοτες εν τῃ πληγῃ τεσσαρες και εικοσι χιλιαδες.

2) Duobus tantum locis *differt* P. a LXX, *ita quidem, vt iisdem vel ſententia, vel verbis cum textu hebraeo accurate conſentiat; vnde in citandis his locis ipſum textum hebraeum ſuo modo ſuisque verbis expreſſiſſe vtique videri poteſt.*

Rom. 9, 17. ex Exod. 9, 16.

P. εις αυτο τουτο ΕΞΗΓΕΙΡΑ ΣΕ ὁπως ενδειξωμαι εν σοι την δυναμιν μου, και ὁπως διαγγελῃ το ονομα μου εν πασῃ τῃ γῃ.

Hebr. בעבור זאת העמדתיך בעבור הראתך את כחי ולמען ספר שמי בכל הארץ

LXX ἑνεκεν τουτου διετηρηθης ἱνα ενδειξωμαι εν σοι την δυναμιν μου, και ὁπως διαγγελῃ το ονομα μου εν πασῃ τῃ γῃ.

Rom 12, 19. et Ebr. 10, 30. ex Deut. 32, 35.

P. ΕΜΟΙ ΕΚΔΙΚΗΣΙΣ εγω ανταποδωσω.

Hebr. לי נקם ושלם

LXX εν ἡμερα εκδικησεως ανταποδωσω.

tionis Iudaicae caligine emerſi iam poenarum a numine pro arbitrio infligendarum metu carent: 2. πιστει εχομεν ειρηνην: qui emendati ſunt per fidem, iam numen ſibi habent propitium, in ſancta eius voluntate pie acquieſcentes: 3. πιστει εχομεν προσαγωγην εις χαριν Θεου: fide aditum habemus ad beneficia euangelii, ad puriorem Dei cognitionem, ſenſus animi religioſos, amoris diuini ſolatium, conſtantiam in ferendis vitae humanae viciſſitudinibus et ſpem beatae immortalitatis. Qui plura deſideraverit, inter ipſas euaugelii diuitias de mentis inopia queritur.

EXCVRSVS D.

De homine per Chriſtum a ſeruitute peccati liberato Rom. VI, 1–23.

Argumentum huius capitis ab apoſtolo v. 1. ſatis clare propoſitum eſt: *tantum abeſſe, vt doctrina euangelii de gratia Dei per Chriſtum recuperata peccati imperium promouére debeat, vt hoc potius deprimatur et in nihilum redigatur.* Hanc quidem ſententiam triplici ratione confirmare ſtudet. *Primum* enim oſtendit, Chriſtianos baptiſmo immerſos eſſe, vt cum Ieſu moriantur et ad nouam vitam prodeant v. 2–11. *Deinde* monet, in ipſo tranſitu ad nouae religionis caſtra exſpirare poteſtatem peccati: Chriſtianos enim in virtutis libertatem ſemel vindicatos, ſe ſingulaque corporis ſui membra imperio iuſtitiae et pietatis addixiſſe v. 12–20. Poſtremum exitum peccati breuiter, ſed viuidis coloribus depingit. Vitioſitatem animos pudore, poenitentia triſtique indignitatis ſenſu torquere, praetereaque calamitates externas vtplurimum comites ſibi adiunctas habere. Virtutem contra mentem

roboris interni veraeque sanctitatis sensu nobilitare, numinisque propitii gratiam et beneficia homini conciliare v. 21-23. Negari nequit, hanc omnem argumentationem consilio apostoli egregie respondere. Iuuat tamen obseruare, statum hominis peccato emorituri in baptismo, cum Christo animam in cruce efflante vix ita posse contendi, vt in saluatorem, vim peccati ipsa morte infringentem, non paulo iniquiores esse videamur. Deinde omnino moneri debet, imaginem de potestate peccati (v. 13.) et virtutis (v. 18.) in hominem rhetorica magis similitudine, quam veritate et ακριβεια philosophica commendari posse. Duntaxat poetae, quid quod et ipsi oratori sacro liceat, virtuti et vitiositati personae habitum induere; philosophus contra idemtidem monebit, vtramque a libero voluntatis arbitrio pendere, quo imperium alienum, qualecunque sit, nisi propriae rationis suffragium accedat, plane secluditur. Neque enim, si verum fateri velimus, peccati, sed sensuum et imaginationis tanta vis et potestas est in hominem, vt rationis lege infracta, ad obsequium cupiditatibus praestandum pelliciatur Iac. I, 14. Ioh. VII, 34-36.

EXCVRSVS E.

De corpore humano, peccati sede Rom. VII, 15 sq.

Capite superiori docuerat apostolus, *verum Iesu Christi cultorem peccato emortuum vel virtutis imperio addictum esse* v. 10. Hac nostra sectione addit sententiam, Christianos simul θανατωθηναι τῳ νομῳ v. 4 sq., qua haud obscure innuebatur, νομον ειναι ἁμαρτιαν, *legem Mosaicam esse fontem peccati* v. 7. Praeuideri poterat, hanc propositionem Christianis e Iudaismo quam maxime esse displicituram.

Ad

Ad hos itaque placandos et vero demulcendos ſubiicit apoſtolus, *legem in ſe ſpectatam bonam et ſanctam eſſe* v. 12 et 14., *peccatum autem homini inſidens abripere eum ad mala quaeuis patranda* v. 14 ſq. Notum eſt, hanc ſententiam Auguſtinum praeſertim ſuam feciſſe in controuerſia cum Pelagio, eandemqne noſtris adhuc temporibus doctrinae de peccato, quod haereditarium vocant, argumentationis et praeſidii loco adiici. Digna interim erat adſertio, την ἁμαρτιαν κατοικειν εν σαρκι v. 17., cum ambiguitate, tum grauitate ſua, quae ſub examen vocetur; quo officio vt etiamnum fungamur, res ipſa monet. Videlicet ad viuum haec omnia reſecanda minime eſſe, docet *primum* obſeruatio Pauli, ſe Iudaeis ſcribere Iudaico argumentandi generi adſuetis v. 1., a quo ſub capitis VIII. initium demum recedit. *Deinde* ἁμαρτια, cui perſonae habitus induitur, ſiue eam peccatum, ſiue vitioſitatem eſſe putes, *mater cupiditatis* adpellatur v. 8., *ingens peccatrix* v. 13., homines ad mala patranda *abripiens* v. 17. Patet autem, haec omnia rhetorice dici poſſe, philoſophice haud aeque: peccatum enim non corpori inſidet, ſed animo; cupiditates non gignit, ſed ab iis gignitur; homini haud imperat, ſed poteſtati eius ſubiectum eſt et ab eius arbitrio pendet. *Adde*, has propoſitiones fere omnes e Iudaicis fontibus deriuatas eſſe: nam ſecundum theologiae Iudaicae praecepta cupiditas praua (יצר הרע) daemon (סמאל) eſt dextro cordis ventriculo inſidens, qui hominem inuitum licet ſuo imperio vindicat eumque ad infernum rapit: vide loca indicata in *nov. opuſc. theologicis* p. 77. Doctrina itaque, non de peccandi fomite, ſed de ipſo peccato per traducem propagato Rabbinicae originis atque indolis eſt, adeoque Chriſtianorum ingeniis non, niſi ad notiones euangelii vniuerſales

reuocata

reuocata conuenit. *Postremum* neque hoc reticeri debet, sententiam de homine πεπραμενῳ ὑπο την ἁμαρτιαν, si ad vniuersum genus humanum referatur, admonitionibus apostoli VI, 18. XII, 1 sq contradicere et vel propter hanc rationem non cum puluisculo auferendam esse. Quae quidem omnia si iusta ponderentur trutina, nos de vero huius capitis argumento iudicium ferentes in propositione acquiescere iubent, ab apostolo ipso sub finem indicata; τῃ σαρκι μεν δουλευομεν νομῳ της ἁμαρτιας *impulsu sensuum ab imaginatione concepto correpti a veri rectique praeceptis haud raro auocamur, nisi ad meliorem Dei et officiorum nostrorum cognitionem formati* τῳ νοϊ δουλευωμεν τῳ νομῳ Θεου, *e hac viuendi agendique ratione numinis adsensu e beneficiis in dies digniores fiamus.*

EXCVRSVS F.

Loci difficilis Rom. VIII, 19–24. *explicandi periculum.*

Locum nostrum inter difficillima totius N. T referenda, et interpretes, ei ceu equuleo inhaerentes multa et varia de eo commentos esse, vel ex *Wolfii Heumanni* (obseruatt. in N. T. tom. VII. p. 332 sqq.) *Noesselti*, quem nunquam sine obseruantia nomino (opusc. Fasc. I. Halae 1785. p. 113 sq), aliorumque dissertationibus satis constat. Superuacaneum itaque esse puto, sententias commentatorum singulas perlustrare. Ne tamen de aliorum studiis temere iudicauisse videamur, operae pretium erit, interpretationum delectu habito et exploratis singulorum ordinum argumentis, nostram qualemcunque explicationem proferre eamque virorum doctorum examini subiicere.

Possun

Possunt autem varia interpretum de vero huius loci sensu constituendo suffragia ad tres fere classes reuocari. Videlicet *primus* commentatorum ordo κτισιν de *rerum natura* in vniuersum *praesentibus calamitatibus ingemiscente et ad meliorem sortem summo desiderio adspirante* explicandam esse statuit. Eminent inter eos *Lutherus*, *Moshemius*, *Iacobi*, *Carpzouius*, *Michaelis*, *Boltenius*, ipseque *Koppius*, ὁ μακαρίτης, qui in hac sententia exornanda et vero commendanda fatis verfatus est. Obstant autem, quo minus calculum nostrum obtineat, haec fere argumenta. Κτισις *creationem* actiue sumtam, *singulasque res creatas* (Col. I, 23. Apoc. III, 14.) in N. T. designat, *rerum creatarum complexum* autem (die *Schöpfung* passiue) haud aeque, quoad eius nouerim. Qui tamen significatus, si etiam vindicari posset voc. κτισις, vereor tamen, vt apostolus in epistola, ornatus poetici experte, allegoriam tam sublimem, et in ipsis Persarum libris sacris (*Zendauesta*) vix obuiam orationi ceteroquin pedestri interserere omnemique rerum vniversitatem, ceu grauia suspiria ducentem, depingere voluisset. Accedit oratio contexta, qua particula γαρ v. 19. sensum cum παθημασι του νυν καιρου, adeoque cum aerumnis *ab hominibus* perpetiendis v. 17. arctissime coniungit. Neque praetermitti debet futura liberatio ab his calamitatibus et promissum cum coelitibus consortium v. 21., omni rerum creatarum vniuersitati neutiquam conveniens. In tanta autem huius explicationis ambiguitate mirandum non est, prodiisse *alteram* interpretum classem, quae vocabulo κτισις non physicae, sed *moralis creationis* (2 Cor. V, 17.) sensum substerneret, omnemque huius loci ambitum ad *Christianos e Iudaeis et gentibus recens conuersos* referret. Constat, *Hammondum*, *Clericum*, *Wetstenium*

ftenium et inter recentiores *Poelitzium* (in S. V. *Paul.* memorabil. part. VII. p. 97 fq.) huic opinioni plurimum fauiffe. Neque tamen defuerunt, qui fubmonerent, κτιζειν, κτισιν, nifi καινη, εν Χριστῳ vel fimile quid adiiciatur (Ephef. IV, 24.), non nifi proprie, adeoque de vera et naturali creatione explicari poffe. Nouimus quidem, S. V. *Noeffeltum* l. c. in eo fuiffe, vt nomen της κτισεως ad *folos de gentibus Chriftianos* reuocaret. Repugnare tamen videtur, cum nexus orationis Chriftianorum omnium mentionem continentis, tum irritum eorum ftudium, qui voc. בריה poft *Buxtorfium* atque *Lightfootum* Chriftiani *antea gentilis* fignificationem vindicaturi erant. Supereft *tertius* commentatorum ordo, κτισιν de *omni humano genere*, meliorem conditionem anxie fperante, interpretaturus, cui poft *Heumannum*, *Semlerum*, *Oertelium* aliosque et nos fubeffe non diffitemur. Etenim hac ratione omnem huius loci fenfum conftituendum effe putamus:

Omnis humanitas fummo defiderio exfpectat gloriam filiorum Dei proxime reuelandam. Vanitati enim fubiecta eft humanitas, non fponte fua, fed vi creatoris, fperans tamen fore, vt et ipfa humanitas, mifera inanitatis forte defuncta, in libertatem filiorum Dei beatam vindicetur. Nouimus autem, omne genus humanum ad hunc vsque diem graui dolore compunctum ingemifcere; et non folum homines in vniuerfum, fed etiam primis Spiritus fancti doni mactatos, quid quod nos ipfos fufpiria ducere, illuftrem Meffiae reditum exfpectantes, quo a corporis vinculis liberati in filiorum Dei focietatem recipiamur.

Huic autem vt infiftamus fententiae, fequentibus mouemur argumentis. Κτισις, בריה, ܒܪܝܬܐ pro-

cul

cul dubio *humani generis a Deo creati* notionem continet Marc. XVI, 15. Col. I, 15. 23. Hebr. IV, 13. *Berachot* fol. 6, 1. כל בריה omnis *homo*: *Sota* 36, 1. כל בריית לא יכלו לעמד *nemo* poterit consistere. Adde sensum v. 20 sq., quibus non de creaturis brutis et ratione expertibus, sed de liberis vel ἑκουσιασμῳ saltem instructis sermonem esse efficitur. Praeterea ἀπολυτρωσις του σωματος ἡμων diserte humanae sortis fragilitatem miseram e peccati imperio deriuatam innuit. Deinde obseruari debet, την κληρονομιαν Χριστου v. 17. ex mente apostoli non solum ad παντα λαον του Ισραηλ XI, 26., sed etiam ad πληρωμα των ἐθνων pertinuisse v. 25. Monet itaque, totius generis humani peccando miseri conditionem tantis calamitatibus obseptam esse, vt non nisi in futuri regni Messiani libertate beata spem suam collocare queat. Hanc a mortalibus, quibuscunque euangelii doctrina innotuerit, exspectari cunctis: hanc etiam ab iis desiderari, qui primis nouae religionis donis gaudiisue, a spiritu sancto in eos collatis, fruerentur; hanc a se ipso et ob omnibus in fide iam confirmatis anxie sperari. De hac autem spei felicissimae natura et indole in sequentibus exponit.

EXCVRSVS G.

De subsidiis Φρονηματος πνευματικου, *Christianis a Paulo commendati* Rom. VIII, 1–39.

Totius capitis cardinem in eo verti, vt Christiani, relicta peccati seruitute, ad ardentissimum Φρονηματος πνευματικου studium excitentur, iam comma primum docet. Ostendit nimirum apostolus v. 3–9., veros I. C. adseclas, in tanta corporis peccati imperio subiecti fragilitate erigi:

1.

1. ſpiritu diuino animis eorum coelitus immiſſo cuius auxilio vis peccati infringatur et corpus moraliter mortuum animetur v. 11–16:
2. ſpe reditus Meſſiae glorioſi et proxime inſtantis, ſtatusque beati filiorum Dei cum eo coniuncti v. 18–25:
3. piis precibus in tacita interdum ſuſpiria effuſis, quibus idem ſpiritus coeleſtis noſtrum omniumque Sanctorum (Meſſianorum) cauſam agat coram Deo v. 26–28.
4. perſuaſione intima, nos per calamitates aerumnas, variasque vitae humanae viciſſitudines prouidente numine ad beatam coelitum conditionem in regno Chriſti euectum ir v. 29–39.

Ingrati omnino eſſet animi, egregiam hancce ſen tentiarum vbertatem non admirari et in vſus ſuo conuertere. Neque tamen debita iſta pietate impe diri nos patimur, quo minus ornatum propoſitio num Iudaicum in ſingulis notemus. Spectat au tem huc

1. formula, θανατουν πραξεις του σωματος v. 13 vel היצר שחט, quae proprie ſumta dualismi ſe mina continet. Aliud enim eſt, reprimere cu piditatis impetum eamque ſanae rationi ſubii cere; aliud cupiditates ipſas radicitus euellere cum iisque cotes virtutum obtundere:
2. anxium deſiderium liberationis a corpore v 23. quo facile via panditur ad opiniones fanati cas de vitae futurae gaudiis, ad μεμψιμοιρια prouidentiae infeſtam et ad impium huius vita contemtum:
3. ſpiritus diuini interceſſio v. 26. cum Litarum Homericarum fere officio comparanda Iliad IX, 498 ſqq. Vtut enim rationis et conſcien tiae vocem diuinam eſſe nullo modo negaue ris

ris, preces tamen, quas ipſi fundimus, tacitae licet obſcurisque adhuc notionibus inuolutae, ad genium coeleſtem referri nequeunt.

Subſiſtimus itaque in aliorum inſtitutione atque conſolatione in his praecipue apoſtoli ſententiis: *amoris diuini documenta intercipi nobis nulla ratione poſſe; rationem et αυτοπραγιαν λογικην, qua cupiditatum ardorem ſiſtimus atque reſtinguimus, diuinae originis eſſe et vi coeleſti ſuſtentari; beatorum animas in vita futura ſubliniori purioris corporis inuolucro indutum iri; mentes noſtras vel tacito gemitu ſuſpirioue ad Deum extolli poſſe; noſtrisque calamitatibus cunctis felicem exitum ad ſummam prouidentiae gloriam inſtare.* Reliqua omnia ad ornatum orationis pertinere videntur.

EXCVRSVS H.

De voluntate Dei abſoluta, vel περι της θειας κατ' εκλογην προθεσεως, *ex mente Pauli* Rom. IX, 1-33.

Statim ſub initium capitis obſeruatum erat ab apoſtolo, *Iudaeorum permultos propterea e regno Meſſiano ſecludi, quia iam propter ſtirpem ab Abrahamo ductam a Deo beari voluiſſent* v. 1-7. Hanc ſententiam confirmaturus ſubinde addit, *voluntatem Dei a nemine pendere, ſed liberrimam eſſe.* Prouocat itaque ad exemplum Iſaci v. 9., quem Deus beneficiis cumulauerit, neglecto Iſmaele ad primogeniturae praerogatiuas adſpirante. Subiungit memoriam Iacobi, cui iam ante natiuitatem ſortis laetioris ſpes oblata erat v. 10 ſqq. Idem probat ex hiſtoria Moſis, cui propter fauorem inſignem, quo eum amplectebatur, ſe conſpiciendum praebuerit numen v. 15 ſq. Sequitur exemplum Pharaonis a

Deo

Deo dudum ad perniciem deſtinati v. 17 ſqq.; figuli vaſa lutea ad vſum qualemcunque pro lubitu fingentis v. 20 ſqq.; vatumque Hebraeorum eundem rerum euentum praeſignificantium ominatio v. 25 ſqq. Hanc autem ſententiam quum Paulus ipſe retractare videatur XI, 26., quo loco diſerte docet, fore, *vt breui tempore tota gens Iſraelitica in regnum Meſſiae recipiatur;* omnino ſuperuacaneum videri poſſet, eam in dubium vocare. Exſpatiatur tamen apoſtolus vno vel altero loco in doctrinam de προορισμῷ, interſperſis hinc inde iudiciis nonnullis de fato quodam ineuitabili, de quibus in variam partem diſputari poteſt. *Primum* enim tribuitur numini πρόθεσις κατ' ἐκλογὴν v. 11., *arbitrium ſine lege* ſ. voluntas plane arbitraria (*der Entſchluſs einer unbedingten Wahl*), quae, vtut hominibus et ſpiritibus creatis forte omnibus propria eſſe debeat, a Deo tamen longiſſime abeſt, cuius decreta a ſumma ſapientia VIII, 29. XI, 33. adeoque rationali neceſſitate pendent, et indifferentiam ad oppoſita plane non admittunt. Patet itaque auerſationem beneuolentiamue coecam et ab ethicis rationibus alienam, qua Eſaui nondum nati reiectio, Iacobi autem et Moſis electio praeconcepta et propoſita eſſe dicitur v. 11. et 15., tyranno magis conuenire, quam numini prouidenti et fata hominum ad normam ſanctitatis et iuſtitiae gubernanti. *Deinde* etiam in hoc iudicio apoſtoli haeremus, quo animum Pharaonis a Deo obduratum v. 18. aliosue homines bene multos iam dudum ad perniciem deſtinatos fuiſſe ſtatuitur v. 22., quemadmodum figulus vaſa ad vſum honeſtum vel inhoneſtum formet. Nouimus quidem, ex orbis priſci ſenſu ad deum auctorem referri, etiam quae perperam, praue ac ſtulte ab hominibus fiunt, vt apud *Homerum* Iliad. VI, 234.

ἐνθ'

ενϑ' αυτε Γλαυκῳ Κρονιδης Φρενας εξε-
λετο Ζευς,

ad quem locum conferri debent perilluftris *Heynii* obferuatt. tom. V. p. 236 fq. Patet tamen, apoftolum in hac fententia adftruenda non migrare folum praecepta Pharifaeorum, qui κρασιν της ἑιμαρμενης και του βουλευματος ανϑρωπειου ftatuebant *Iofeph.* Antiq. Iud. XVIII, 1, 3.; fed laetiffimam etiam euangelii doctrinam tenebris inuoluere, qua iis, qui credunt, omnibus vera falus et fempiterna felicitas promittitur Matth. XI, 28. 1. Tim. II, 4. Acquiefcimus itaque theologiae purioris dogmata ex hoc capite deriuaturi in iis, quae fequuntur, obferuationibus:

1. ἡ προϑεσις ϑεου εκ του καλουντος v. 11. decreta diuina de beandis hominibus non ab eorum progenie, ftirpe et inani faepius virtutum meritorumque oftentatione, fed a propria numinis bonitate et iuftitia pendent. Humani quidem eft arbitrii, obtemperare legibus et fe ad diuinam voluntatem adcommodare; vires tamen ad virtutem et rei bene gerendae ευκαιρια Dei gratiae debentur. *Hoc* fenfu recte docetur cum *Auguftino*: *virtus fequitur gratiam.*

2. ουδεις δυναται ανταποκρινεσϑαι τῳ ϑεῳ v. 20. nemo eorum, qui imbecillitatis moralis humanarumque miferiarum fenfu affligantur, iuftam habet μεμψιμοιριας caufam. Idoneis enim, quae creata funt, omnia, circumfcribuntur limitibus; in ipfo calamitatum huius vitae fenfu purioris felicitatis femina latent; fapienti eorum, quae a nobis contra legem facta funt, recordatione, emendari et ad meliora erigi debemus; quid quod etiam fceleftis atque facinorofis indita eft per rationem op-

portuna

portuna τῆς ἐκλογῆς facultas, qua virtutem amplecti et laetissimo numinis fauore digni euadere possunt.

Hac autem sententia vere euangelica corruit omne, quod reprobationis nefasto nomine insignitur, decretum absolutum, cuius scopulis multi iique clarissimi alias theologi, sensum apostoli ἀπριξ tenentes, illisi sunt.

EXCVRSVS J.

De conuersione populi Iudaici ad religionem Christianam ex mente apostoli speranda Rom. IX, 1-36.

Probauerat apostolus capite superiori sententiam egregiam, veritatem religionis Christianae non prodigiis atque portentis, sed conuenientia cum natura hominis rationali niti (X, 6-10.). In tanta nouae doctrinae praestantia omnino sperandum esse, fore, vt populus Iudaeorum, cum ramo de olea decerpto comparatus, stirpi suo restituatur, Iesumque Messiam esse publice profiteatur (πας ὁ Ισραηλ σωθησεται XI, 17-26.). Superstructa est huic loco sententia, quae per longum tempus obtinuit, *de conuersione Iudaeorum ad religionem Christianam vniuersali propediem exspectanda*, adeoque etiam suadenda et qua is ratione maturanda. Nouimus, Iustinianum imperatorem sibi hoc consilio a vi politica haud temperauisse; in peruicacem gentis incredulitatem aeuo medio gladio pyrisque publice exstructis saeuitum esse; Gregorium XIII. papam Iudaeos indociles in templa Christiana rapuisse; *Spenerum* et *Callenbergium* saluti eorum rationibus et legationibus sacris consulturos vel beatum *Michaelem* nostris diebus socium habuisse spei de theocratia Iudaeorum Messiana in terra sancta prope-

propediem instauranda (obferv. ad Ief. LIX, 20.). Refrixit tamen paululum ardor ifte ftudiis virorum clariffimorum *Doederlini* et *Hetzelii* (Schriftforfcher p. I. pag. 624 ff.) in contrariam fententiam inclinatis: noftrisque temporibus dubitatione caret, *exfpectationem huius tranfitus Iudaeorum in caftra Chriftiana, qua ipfius apoftoli animus pafcebatur, a noftro hac de re iudicio caute feparandam effe.* Quod enim ad *fpem* attinet, quae *menti* obuerfabatur *apoftoli*, patet vltro, eam his fere momentis abfolui:

1. Deus Iudaeos, incredulos licet, paterno tamen amore complectitur propter merita maiorum v. 28: κατα την εκλογην αγαπητοι ϑεου δια τους πατερας.
2. Pars Ifraelitarum doctrinae Iefu Chrifti infenfi funt ad tempus; paganorum enim conuerfione peracta cuncti transibunt in caftra nouae religionis: πωρωσις απο μερους τῳ Ισραηλ γεγονεν, αχρις ου το πληρωμα των εϑνων εισελϑῃ v. 25.
3. Gentilibus in Chriftianorum focietatem receptis Ifraelitae omnes Meffiae, breui ad inftaurandum regnum coelefte redituro, nomen dabunt: πας Ισραηλ σωϑησεται v. 26.

Euentum ipfum praeclarae apoftoli exfpectationi non refpondiffe, hiftoria abunde teftatur. Neque etiam defuere argumenta, quibus facile effici poterat, Paulum fpe fua excifurum effe. *Primum* enim apoftolus fatis teftatum fecerat, merita maiorum in pofteros transferri nullo modo poffe (IX, 3-11); *deinde* exiguus apoftolorum numerus fufficere minime poterat, gentibus in orbe terrarum omnibus ad euangelii lucem conuertendis; *poftremum* Iudaei pro ea, quam vbique prae fe ferebant, fuperbia et vaecordia, paganorum in regnum Meffianum

ſianum admiſſione magis offendi et vero exulcerari debebant, quam ad mentem meliorem reuocari. Ex his autem argumentis facile conſequitur, *noſtrum de Iudaeorum conuerſione Chriſtiana iudicium argumentis longe aliis niti debere.* Iſraelitarum enim religionem ea, quam hucusque ſibi induit, forma Moſaica et rabbinica, temporum viciſſitudinibus diu adhuc ſuperſtitem haud fore, omnino plura ſunt, quae ſuadeant. Videlicet compertum ſibi habent vel acerrimi huius fidei defenſores, Meſſiae, qualis a prophetis deſcribitur, aduentum fruſtra exſpectari; legislationem Moſaicam rerumpublicarum in Occidente florentiſſimarum conſtitutionibus politicis minime conuenire; linguae et liturgiae hebraicae ſtudium et notitiam a popularibus in dies magis negligi et vero contemni; morumque Chriſtianorum aemulationem Iudaiſmo fere omni interitum minari. Obſtare tamen videntur Chriſtologiae ſublimioris allegoriae, ex parte in dogmatum Chriſtianorum numerum receptae, quo minus Iſraelitarum monotheiſmus a Iudaeis, qui nunc viuunt omnibus in fidei Chriſtianae profeſſionem liberam reſoluatur. Sperandum itaque erit ab aeui futuri ingenio laeto, fore, vt religionis vtriusque allegoriis ad liquidum conſtitutis, Iudaeorum et Chriſtianorum fidem e communi fonte deriuatam ſororio iterum vinculo coniungat.

EXCVRSVS II.

De Conſilio Capitum XVti et XVIti ſententia Semleri enarratur et diiudicatur.

Singulari diſſertatione, quae eadem ad calcem Paraphraſis epiſtolae ad Romanos repetita legitur, ſententiam ſuam in hunc modum profeſſus eſt Vir

S. V.

S. V. *vtrumque caput, Epiſtolae appendicem eſſe habendum, non Romanis deſtinatam, ſed alii prorſus conſilio aliisque hominibus ab Ap. ſcriptam, ſeriusque demum cum hac ad Romanos epiſtola, quaſi eius pars eſſet, coniunctam.* Quae quidem noua, viroque ſummo propria coniectura quibus rationibus innixa ſit, nunc breui oratione, ſubiuncto noſtro de ſingulis qualicunque iudicio, recenſebimus.

Primum de vtroque capite iunctim agitur primis 7 §§. a p. 277-293. deinde, praetermiſſa de capitis XVti origine, natura, conſilio tractatione diligentiori, quid inprimis de Cap XVI. ſtatuendum ſit, copioſus diſputatur §. 8 ſqq. a p. 293-311. Singula ſigillatim perſequemur.

I. Vtrumque Caput prima origine ſua Epiſtolae non iunctum videri, efficitur argumentis tum *externis* tum *internis*. Illa ſunt *veterum teſtimonia, vnde vtrumque Caput a pluribus antiquiſſimis Codd. abfuiſſe appareat:* haec *ipſius argumenti vtriusque capitis natura et indole* continentur. Vtrumque genus quam parum ad probandum id, quod effici debet, valeant, videamus.

Et primum quidem ad argumenta ſententiae *externa* plane referri non debuiſſent ea, quae inde a p. 280. ad p. 290. de *Codicibus Graecis* (qui locum 16, 25-27. τῳ δε δυναμενῳ — αμην vel omittunt, vel extremo capiti XIVto iungunt); de *Hieronymo* (qui ad Epheſ. 3, 5. eundem locum excitans *illud,* inquit, *quod ad Romanos in plerisque codicibus invenitur*); de *Tertulliano* (qui c. Marcionem V, 13. in *clauſula tribunal Chriſti* (14, 10.) *comminari Paullum* ait); de *Epiphanio* denique, (qui *) ſententias in Marcionis Apoſtolico ſuppreſſas referens, nihil

*) Opp. I. p. 318. ed. Col. a. 1683.

nihil de vtroque hoc capite admonet; vnde a quibusdam codicibus vtrumque abfuiſſe res nota et vulgata ideoque ſilentio praetermittenda videatur) copioſe diſputantur. Ex codicibus enim Graecis et Hieronymi loco nihil efficitur, niſi *tres verſus extremos* vel plane abfuiſſe, vel transpoſitos alibi legi; quod vtrumque fieri potuit, vereque factum eſſe ſcimus etiam in Codd. iis, qui Caput XV. et XVI. non omittebant. Tertulliani vero formula ne tum quidem inepta videri poteſt, ſi vel maxime in ſuo Codice Caput XV. et XVI. eadem deinceps ſerie, qua in noſtris editionibus tanquam Epiſtolae pars exſtant, legerit; cum textus a Tertulliano citatus nec initio Epiſtolae nec media eadem legatur, ideoque ſi locus, quo exſtabat, aliquo modo definiendus erat, nulla alia formula niſi huiusmodi: *in clauſula epiſtolae, extrema epiſtola, verſus finem epiſtolae* et ſ. p. citari potuiſſe videatur. Epiphanius denique, quod eiecti a Marcione Capitis vtriusque non meminerit, etſi vtique mirum videri debet, cum loci conſilium ea non omitti poſtularet, variae tamen cauſae nobis incognitae eſſe potuerunt; ea vero, quae ex *rei celebritate pervulgata* repetitur, omnium maxime improbabilis videri debet.

Reſtat igitur vnus tantum locus Origenis in Commentarii epiſt. ad Roman. verſione Ruffini latina ſuperſtes hic:

"Caput hoc (16, 25-27.) Marcion, a quo ſcripturae euangelicae et Apoſtolicae interpolatae ſunt, de hac epiſtola penitus abſtulit; et non ſolum hoc, ſed et ab eo vbi ſcriptum eſt: omne autem quod non ex fide eſt, peccatum eſt (14, 23.), vsque ad finem totius epiſtolae cuncta diſſecuit. In aliis vero exemplaribus, id eſt in his, quae non ſunt a Marcione temerata, hoc

ipſum

ipſum caput (16, 25-27.) diuerſe poſitum inuenimus. In nonnullis etenim Codd. poſt eum locum, ſupra diximus, hoc eſt, omne autem quod non ex fide eſt, peccatum eſt, ſtatim cohaerens habet: ei autem, qui potens eſt vos confirmare: Alii vero Codices in fine (i. e. loco eo, quo in noſtris editionibus vulgatis legitur) continent. Sed iam veniamus ad Capituli huius explanationem."

Ex quo quidem loco recte deducitur hoc: *Origenis tempore in quibusdam libris haud exſtitiſſe ea, quae poſt caput XIVtum in noſtris leguntur.* Verum, quomodo inde, haec ipſa duo capita pro *Appendice epiſtolae ad Romanos vnquam, et iure quidem habita eſſe*, effici poſſit, non apparet. *Primum* enim non dicitur Marcion *ſeiunxiſſe* Capita ea ab Epiſtola ad Romanos, quia forte non ad hanc, ſed quamlibet aliam origine ſua pertinere videbantur; ſed *tanquam ſpuria et Apoſtolo ſubdita prorſus reieciſſe.* Hunc enim ſenſum verba ipſa: "is a quo ſcripturae Apoſtolicae ſunt *interpolatae*, verſus — *penitus abſtulit* — cuncta *diſſecuit* (περιτετμηκε, verbo in hac re Patribus ſollenni") niſi vim iis inferre velis, neceſſario poſtulant. *Deinde, Marcion* erat Codicum iſtorum Auctor editorque, cuius ad interpolandum ſcripta Apoſtolorum pruritum cum omnis antiquitas, tum hoc ipſo loco Origenes damnat atque improbat; cuius igitur ſolius viri auctoritatem in tali re conſtituenda ſequi profecto non debemus; idque eo minus, cum *denique* haec ipſa Marcionis κρισις non *prauae cuidam hominis voluntati*, ſed ſoli *errori* eique facile condonando tribuenda videatur. De totius enim varietatis, qua vel Capitis XVI. verſus 25-27. vel Caput ipſum XVItum vel vtrumque adeo XV. et XVI. excidiſſe e nonnullis epiſtolae exemplis negari non poteſt, origine et na-

 tura

tura ita sentiendum arbitramur: Redit res ad Lectionaria Veterum, quorum consilium hoc erat, vt ea tantum epistolarum Apostolicarum loca complecterentur, quae cum fructu praelegi in Ecclesiis poterant. Vnde accommodate ad hunc nostrum locum haec deduci posse videntur. 1) In Lectionariis iure omittebatur Caput XVI. quia meris illud quidem salutandi formulis, ad fidem virtutemque excitandam parum frugiferis, constare deprehendebatur. Apparet hoc vel Euthalii loco a Semlero ipso p. 289. commemorato; qui vniuersam epistolam in 19 capitula distribuens vltimum hoc fecit περι της λειτουργιας αυτου της εν ανατολῃ και δυσει Cap. XV, 15-33. prorsus praetermisso Capite XVI^to^. 2) Ne tamen cum excluso integro Capite XVI^to^ doxologia etiam, extremis VV. 25-27 comprehensa, grauissima illa quidem et ad excitandos pios sensus efficacissima interiret, eadem a capite XVI^to^ resecta in alium quendam locum aptiorem transmittebatur. Cur vero potissimum ad extremum Caput XIV^tum^: pro certo dici non potest cum forte casui id ipsum sit tribuendum; probabilis tamen ratio haec duplex reddi posse videtur vna, quod de infirmis et imbecillis Christianis locus proxime praecesserat; quibus magno solatio esse poterant haec: Deum δυναμενον ειναι ΣΤΗΡΙΞΑΙ τους πιστευοντας, *altera*, quod Capite XV^to^ cui soli propius iungi potuissent, duplex iam solennis doxologia versibus 13 et 33. continebatur 3) Cum igitur in Codicibus nonnullis, tum Lectionariis, tum aliis inde descriptis, Doxologia extremo Capite XIV. expressa exstaret, facilis nunc erat in eam sententiam transitus: locum omnem post hanc ipsam Doxologiam in Codicibus aliis expressum (Caput XV. et XVI.) vel non Apostoli esse sed ab alio quodam homine per fraudem serius additum

ditum; vel ſaltem ad ipſum Epiſtolae corpus non pertinere, ſed Appendicis potius ſ. Poſtſcripti loco litteris iam abſolutis additum eſſe habendum; quae vtraque ſententia eo potiſſimum, quod Cap. XVI. a nonnullis Codd. plane aberat, magnopere commendari videbatur. 4. Denique illa ipſa Codicum varietas, qua ipſam Doxologiam vel plane omitti vel vario loco poni in Codd. conſtabat, facile alios, in his etiam *Marcionem*, in eam ſuſpicionem adducere potuit, vt locum omnem inde a Cap. XIV, 23, ne Doxologia quidem ipſa, in qua exprimenda tantus erat Codicum diſſenſus, excluſa, non genuinum, non ab Apoſtolo ſcriptum, ſed ſeriori tempore annexum, ideoque ex bonae notae Codicibus eiiciendum eſſe ſine vllo malignitatis crimine arbitrarentur.

Externis igitur, hoc eſt, grauiſſimis argumentis prorſus deſtituta haec *de ſeiungendo ab Epiſtola capite vtroque extremo* ſententia, an iis, quae *interna* dicuntur, felicius firmari et commendari poſſit, magnopere dubitamus. De his ita Semlerus:

"*Rem ipſumque argumentum iam abſoluerat* Paullus; nec hoc capite (XVto) contineri quid nobis quidem videtur, *quod ad confirmationem dogmaticumque locum quid faceret; de ſe* tantum agit, *ſuo ſeruatorisque noſtri exemplo*, doctoribus Chriſtianis prudentiam et ἐπιεικίαν, perſuadens, qua in infirmos vtendum ſit. — Quae quidem omnia de *Paullo* narrant, *quid* nimirum *egerit* aut *agere conſtituerit*, *quae* vero *haud recte ad dogmaticum locum poſſunt referri*. Itaque ipſum hoc *hiſtoricum* argumentum, quod ad *Paullum ſolum* pertinet, atque de itinere propediem ſub occidentem ſolem inſtituendo condicit, ab epi-

ſtolae

ſtolae *dogmatico* et καθολικῳ *argumento ſatis differt.*"

Quibus tamen haec iure opponi poſſe videntur: *primum*, rem argumentumque ipſum Capite XIVto *abſolutum* videri nemini poſſe, niſi ei, qui eidem verſus 25-27. Capitis XVI. annectere, hisque ipſis male interiectis, nexum, qui inter vtrumque Caput XIV et XVtum aperte interceſſerat, ipſe turbare atque interrumpere inſtituerit; cum, ſi verſu 23 finiatur Caput XIVtum, *idem* argumentum *vna deinceps ſerie* Capite etiam XVto procedere, eiusque verſu demum 13 plane abſolutum dici poſſe euidens ſit; *deinde*, non apparere, quid ad *confirmandum* et *commendandum hunc ipſum de ferendis infirmis Chriſtianis locum* exemplo Ieſu Chriſti ſingulis his 13 verſibus propoſito grauius et efficacius addi ab Apoſtolo potuiſſet; *denique*, quae a v. 14. ad finem vsque capitis leguntur, ea demum ad *Paullum ipſum* pertinere, eiusque res geſtas et adhuc gerendas commemorare; eadem vero, etſi argumento dogmatico cum ſuperioribus non coniuncta, multis aliis de cauſſis *Epiſtolae* ad familiares ſcriptae ſatis apte atque commode addi potuiſſe; tum ex ſtili epiſtolaris natura, tum ex ſimilibus epiſtolarum Paulli *) locis pluribus, quibus hiſtoricae eiusmodi de ſe ipſo narrationes non tantum fini epiſtolae annexae, verum adeo in ipſa media epiſtola inſertae deprehenduntur, quam maxime luculenter apparet.

II. Sequitur parte Diſſertationis poſteriori locus quidam copioſior de Capite inprimis XVIto, cuius natura atque conſilium, ratione a vulgari interpretum omnium ſententia quam maxime aliena, ſic deſcribitur:

"Paullus

*) Inprimis vtriusque ad Corinthios epiſtolae.

"Paullus *catalogum* tradit Epiſtolae latoribus, *eorum* nominum, quibus et hoc ipſo in itinere commendarentur, et de Paullo ſine periculo narrare poſſent, quid ipſi de Romano itinere iam propoſitum ſit; afferre etiam epiſtolae apographum, melioris firmiorisque doctrinae iam ſalubre exemplum. Iſtos tandem, quos viſuri eſſent, ſimul omnes admonet (praecipue Corinthios) v. 17. 18. 19. vt prudenter agant et caueant a Iudaizantium inueuſtiori ſtudio, a ſchismatibus et diſſidiis; conſeruent potius genuinum Paullinae doctrinae modum."

Multis rationibus, ſingularem hanc ſententiam ornare et commendare ſtudet Vir Summus, quarum quidem ſingularum praecipua ſaltem capita deinceps recenſere, paucisque diiudicare nunc noſtrum putamus.

1. *Phoebes miniſterio allatam fuiſſe Romanis epiſtolam ſtatui non poteſt; quia ſilet de ea re Paullus, quia mulier fuit, ideoque ex Apoſtoli inſtituto ad docendum inepta, quia* πραγμα *(propter quod commendabatur XVI, 1.) non niſi admodum improbabiliter de cauſſa forenſi apud Imperatorem agenda explicatur, quia denique ipſo miniſterio ſuo, ad Cenchreenſem eccleſiam adeo alligata erat, vt tam longi itineris periculo ſe committere non potuerit. Multo igitur probabilius Phoeben hanc non Romae ſed Corinthi eſſe quaerendam, commendatam non Eccleſiae, ſed ipſis his hominibus, qui Epiſtolam ferebant.*

Quid *ſingulis* his momentis opponi poſſit *Schulzius* Vir Ven. *in notis ad Bowyeri Coniecturas in N. T.* docte occupauit, quibus hoc vnum addimus: vniuerſam hanc rationem

praua

praua ipſius loci de Phoebe (XVI, 1.) interpretatione niti, cum nec fuerit ipſa tabellaria, ſed in ſodalitio tantum eorum, qui cum his literis Romam proficiſcebantur; (vid. not. ad eum l.) nec πϱαγμα de *cauſſa forenſi*, nec διακονος ουσα de miniſterio, quo *adhuc* fungebatur Phoebe, neceſſario explicari debere, ſed illud de *quouis alio negotio*, hoc de *miniſterio hucusque in eccleſia praeſtito nunc vero in aliam matronam transferendo* intelligi poſſe, dubitatione careat.

2. *Aquilam et Priſcillam Romae quaeri, nec permittit formula ἡ κατ' οικον εκκλησια, cum vt Epheſi* (1 Cor. 16, 19.) *ſimiliter Romae etiam, in aedibus eius eccleſiam fuiſſe coactam, non ſit admodum probabile; nec ratio chronologica, qua temporis, quod inter Aquilae Corinthi commorationem, Epiſtolaeque huius ſcriptionem intercedit, ea eſt anguſtia, vt ſi vel Romam abiiſſet Aquila, Paullus tamen de eius aduentu nuncium accipere non potuiſſet.*

Etiam hic conferatur Epicriſis Schulziana, quam deſcribere nolumus. Praeterea vero, quod grauiſſimnm eſt, notetur hoc: quicquid de Aquila, paullo ante quam ſcriberetur haec ad Romanos Epiſtola, *Corinthi* commorato perhibetur, niti illud incredibili quodam errore, quo factum, vt Act. XIX, 1. *Apollo* et *Aquila* inuicem permutarentur; qui quidem error cum in ipſas quoque computationes Chronologicas irrepſerit, hae aliquanto accuratius in hunc modum ſubducendae erunt: Anno LI. (ſecundum Petauii rationes, quas ſequor, quia Semlero easdem ſequi placuit) Paullus cum Aquila Epheſum abiit, ibidemque Aquilam reliquit Act. XVIII, 19. Cui quid poſtea acciderit,

ciderit, manſeritne Epheſi, an vero hinc illinc proficiſcendo, forte etiam Romam ipſam revertendo, tempus transegerit, ex Actis Apoſtolorum non conſtat. Attamen ex 1 Cor. XVI, 19. apparet, cum Paullus Epheſum redux (vel ſub finem eiusdem anni vel initio LIII^tii biennium ibi degeret, (Act. XIX, 1. 8-10.) Aquilam Epheſi fuiſſe, (ibidemque multo etiam ſerius, cum Paullus Romae alteram ad Timotheum epiſtolam ſcriberet (2 Tim. IV, 19.) Cum igitur noſtra ad Romanos epiſtola ſcripta ſit Corinthi, vbi extremo anno LV et ineunte LVI^to Paullus verſabatur, quid tandem impedit, quominus *intra anni ſpatium* Aquilam Epheſo Romam veniſſe, indeque de felici eius apud Romanos aduentu nuncium ad Paullum rediiſſe ſtatuamus? vt taceam, ne hoc quidem nuncio opus fuiſſe Paullo: cum, ſi modo conſtiterit ei, Romam abiiſſe Aquilam, in litteris Romam miſſis ſalutem ei ſcribere haud dubie potuerit, etiamſi eum Romam feliciter adueniſſe nondum certior factus fuerat.

3. *Iſti omnes, quorum nomina exſtant Rom. XVI, 5-15. erant Paulli notiſſimi plerique συνεργοι, quorum meritis non Romae, ſed in Aſia, Macedonia, Graecia Paullus vſus et fruitus ſuerat.*

De plerisque, quinam fuerint, cui potiſſimum negotiorum generi vacauerint, quoque modo in Paulli familiaritatem venerint, nobis plane non conſtat. Eos vero ſingulos hoc potiſſimum tempore Romae eſſe potuiſſe, ſiue quod gente Romani erant, *Hieroſolymis* forte per feſtorum ſollennitatem, vel etiam *Corinthi*, per Aquilam, quocum Roma emigrauerant, (Act. XVIII, 2.) Apoſtolo familiares facti; ſiue

quod

quod vel negotiandi, vel etiam ipſius religionis propagandae cauſſa iter Romam ſuſceperant, quomodo negari aut dubitari poſſit, non videmus. cf. etiam Act. XXIIX, 15. quo quidem loco ipſa fratrum nomina Lucam addere *debuiſſe*, admodum profecto inique poſtulatur p. 302. not. y. Diſſertationis Semlerianae.

4. *Ad Coloſſ. IV, 15. aliorum quidem* (Lucae et Marci) *nomine ſalutem dicit, ſed eorum, qui Capite noſtro ſalutantur, neminem commemorat Paullus.*

Quia nempe *Lucam* et *Marcum* nouerat Coloſſenſes, reliquos non item. Praeterea quatuor ſaltem annis ſerius ſcripta eſt ad Coloſſenſes epiſtola quam haec ad Romanos; vnde eo tempore plures eorum, qui nunc Romae erant, forte diu iam diſceſſerant.

5. *Secunda ad Timotheum IV, 19. Aquilam et Priſcillam Epheſi denuo commorantes ſalutat P. Num igitur rurſus Roma diſceſſerunt, vt potuerint alibi ſalutari?*

Vtique diſceſſerant; idque eo minus mirabimur, cum alteram hanc ad Timotheum epiſtolam, ſi non pluribus, ſaltem 4 annis ſerius noſtra ad Romanos ſcriptam eſſe meminerimus.

6. *Plures coetus Chriſtianorum ſeparati deſcribuntur; quod indicat, non vna in vrbe ſed pluribus eos eſſe quaerendos.*

Vide Schulzium. Adde etiam, ne certum quidem eſſe, num formula ἡ κατ᾽ οικον εκκλησια de *coetu Chriſtianorum ampliore*, an de *familia* tantum *Chriſtiana* ſit interpretanda.

7. *Quinam tandem ſunt illi Romani, quibus ſalutandi alios prouinciam Paullus tribuit? ſi nominati iſti*

omnes

omnes *Romae adſunt*, iam *Paullus* I, 7. eos compel-
laverat: πασι τοις ουσιν εν Ρωμῃ αγαπητοις
Θεου, κλητοις ἁγιοις. *Quibus igitur hanc ſcribit
epiſtolam? Aliis haud dubie, quam his, quorum no-
mina hic exſtant; igitur qui fieri poteſt, vt hi ad
quos ſcripſit, et quos ſalutari iubet, omnes Ro-
mae ſint?*

Miramur, *Semlerum* potiſſimum ita quaerere potuiſſe, cum ipſe epiſtolas Paulli non *vniuerſae eccleſiae*, ſed *Presbyteris* tantum ſcriptas eſſe ſtatuere ſoleat; quibus igitur Presbyteris, ſalutandi alios, qui non Presbyteri erant, provincia iniungi poterat. Neque tamen vt eo refugiamus, opus eſt. Conſtabat eccleſia quaevis (ideoque etiam Romana) fratrum duplici genere, aliis *inquilinis*, qui tanquam natalibus ad eam pertinebant (*ordentliche Mitglieder der Gemeinde*), aliis *aduenis*, qui conuentus eccleſiae, quoad ipſi in eadem vrbe commorabantur, frequentabant (*beſuchende Brüder*). *Iſtis* ſcripta erat Epiſtola, non *his*; iidem igitur etiam ſalutem dicere *his*, iuberi poterant.

8. *Cap. XVI*, 17. *admonentur doctores, vt ſchismata et ſcandala caveant; quod quidem Romae ſatis mirum atque inexſpectatum videri poteſt; cum contra Corinthi ſchismata fuiſſe, ex* 1 *Cor.* I, 10. 2 *Cor.* XI, 13. *ſatis conſtet.*

Romae σχισματα et σκανδαλα admodum peſtifera obtinuiſſe, totius epiſtolae argumentum, quod in *conciliandis inuicem Iudaeo- et Ethnico-Chriſtianorum animis* fere vnice verſatur, ſatis declarat. cf. inprimis Cap. II, 1 ſq. 17-24. IX-XI. XIV.

9. *Qui ſalutem dicunt v.* 21-23. *notiſſime eſſe debuerunt iis, qui ab illis ſalutantur. Romanis vero*

quomodo

quomodo Caius, Timotheus, Lucas, Iaſon, Soſipater noti eſſe potuerint, non apparet.

Neque vero neceſſe eſt, *ſingulos* hos *ſingulis* Romanis innotuiſſe. Si quisque eorum vel vni tantum alterique Presbyterorum notus erat, ratio idonea aderat, cur vniuerſae eccleſiae, etſi maximam partem ipſis ignotae, ſalutem dicere non dubitarent.

10. Quae tandem §. 14. ad iuuandam quouis modo ſententiam e *Pſeudo-Dorotheo* adduntur, *qui* (in Tractatu de LXX Domini diſcipulis) *Tryphaenae famam in Oriente quidem magnopere floruiſſe narrat, eandem vero Romae, ſub occidente ſole, vixiſſe non addit, ideoque ignoraſſe (neque tamen, ſi vere Romae vixiſſet, ignorare id potuiſſe) putatur*, ita ſunt comparata, vt vel verbum contra ea monere ſuperfluum videatur.

Prouti vero his ſingulis rationibus pro ſententia, quae iis firmanda erat, nihil plane effici poſſe nobis perſuademus; ita viciſſim pluribus aliis difficultatibus, non illis quidem animadverſis, eandem magnopere premi atque impediri arbitramur. Sunt vero inprimis hae: 1) quod, ſi homines in hoc catalogo recenſiti non vna quadam vrbe collecti, ſed locis pluribus diſperſi erant, iis ſingulis nomen vrbis, in qua commorabantur, neceſſario addi debuiſſet. 2) quod formula ἀσπάζεσθαι eodem capite, varie, in aliis verſibus *ſalutandi*, in aliis *valedicendi* ſignificatione ſine vlla ratione ſit accipienda. 3) denique, quod, ſi vera eſt ſententia haec: catalogum eſſe Caput XVI ſoli tabellariorum vſui deſtinatum, male profecto verſus 17. 18. 19. in hunc indicem illati videri debeant, cum eorum argumentum, non ad *hos* tabellarios, ſed ad *Corinthios* referri ipſa illa ſententia iubeat.

CORRIGENDA.

Pag. 17. l. 3. ארקת lege צרקת.
— ibid. l. 5. ארקנו l. צרקנו.
— ibid. col. 2. l. 25. חרין l. חרון.
— 20. l. 16. v. Ap. l. *c.* Ap.
— 25. c. 2. l. 33. oppofitó l. *apoftolo.*
— 28. c. 2. l. 23. malos l. *morbos.*
— 32. l. 24 fq. lege: *is* cui, et *deliciarum.*
— 43. l. 13. nature l. natur*a*.
— 45. l. 34. his l. hi*c*.
— 47. c. 2. l. 14. noftra l. noftr*ae*.
— 55. l. 23 et 28. l. *νομου* et *ακροβυστιας.*
— 78. l. 26 fqq. lege h. *e voc.* et euangelic*is*.
— 91. l. 13. l. *legis* Mof.
— 99. c. 2. l. 26. l. ܟܘܫܝܐ.
— 101. c. 2. l. 28. l. ܟܪܝܢܐ.
— 109. c. 2. l. 7. l. lethifer*a*: et paulo ante patriarc*has*.
— 113. l. 7. *οὕτως* l. *οὕτω.*

Reliqua, quae in plagulis praefertim ab editore haud correctis occurrunt vitia, vt lector beneuolus emendet, humaniffime rogo. A.

x